NAZ.
ale III
*

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ
XXIV*
A
8
NAPOLI
B. 38

Inter libros
Josephi Maria Parascandolo
Antecessoris Regii
A. L. N.

Digitized by Google

LIBRI SIBYLLISTARUM

VETERIS ECCLESIAE,

CRISI,

QUATENUS MONUMENTA CHRISTIANA SUNT,

SUBJECTI.

DISQUISITIO

AUCTORE

BIRGERO THORLACIO,

DR. THEOL. AC PHILOS. ET PROF. LING. LAT. ORD.
IN UNIVERSITATE REGIA HAVNIENSI.

HAVNIAE, 1815.

TYPIS DIRECTORIS *J. F. SCHULTZII*,
AULAE ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

Digitized by Google



Digitized by Google

Quod generi humano, divinæ qua afflatum eſt auræ ſibi conſcio, inditum a natura fuit ſtudium ad coeleſtem originem, ſive præterita metiendo ſecula animo ſe revolvendi, ſive futura luſtrando tempora ſpe generoſa adnitendi, apud varias nationes varias protulit ſententias variaque dogmata, ex quibus nullum vulgatius fuit, quam iſtud de aureo quodam ævo, ſive antiquitus florente, ſive in poſterum exſpectando. Ideæ de regno Meſſiano, huic affini, quæ inter Judæos olim, et dein quoque inter Chriſtianos dominabatur, non ſolum ea ineſt jucunditas, quod univerſæ illius meliorum exſpectationis pars fuiſſe cernitur, quodque gentis Iſraëliticæ fatis ingeniique cultui per longam ſeculorum ſeriem innexa erat; verum id ſimul gravitatis accedit, quod et Jeſus ipſe, divinus religionis noſtræ doctor, ſpem regni Meſſiani jam jamque adfuturi ultimis præcipue ſuis orationibus intexuit, et apoſtolorum plerique, quomodo doctoris in hanc rem effata intellexiſſent, in ſuis

Digitized by Google

ſcriptis ſive ſimplici expoſitione, ſive poëticis coloribus explicuerunt.

Verum dum primo poſt Chriſtum natum ſeculo Petrum lubenter legimus in Jeſu verba ſic commentantem, ut novum coelum novamque terram ſe exſpectare profiteatur; dum Pauli acumen admiramur, de judicii extremi tempore, de piorum tum viventium conditione, deque corporum quæ reſurrecturis attribuenda eſſent, ſubtilitate, prudenter et cordate ratiocinantis; dum imaginibus jucunde percellimur Apocalypſeos autoris, hinc Judaismi atque Paganismi ruinas, illinc Chriſtianismi victoriam miro audacis phantaſiæ fervore depingentis; non videmur dedignari debere, ſiquid lucis, orationibus Jeſu de rebus extremis, quæ præcipue capitibus evangelii Matthæi XXIV et XXV continentur, tempora Apoſtolis proxima, ſeculum videlicet æræ Chriſtianæ ſecundum, adſpergant. Contigit Patribus Apoſtolicis, ex quibus quosdam tamen premit operum iis adſcriptorum incertitudo, nonnullos ingenii mediocritas, ſplendidiſſimas nanciſci editiones, eruditiſſimosque commentatores. At ſpreti vel noſtro tempore jacent libri, Patrum Apoſtolicorum operibus et tempore maxima ex parte antiquiores, et, niſi valde fallimur, eorum plerisque argumento præſtantiores, *Libri*, qui *Sibyllinorum* nomine vulgo inſigniuntur.

Licet

Digitized by Google

Licet Patres Eccleſiaſtici antiquissimi, atque adeo ipſi Patres Apoſtolici ſumma eos et ſuperſtitioſa (quod non diffitemur) veneratione fuerint proſecuti, licet Clementis Alexandrini eruditio atque Origenis critica perſpicacia iis patrocinaretur, licet denique ne Celſi quidem cavillationes ad verum eorum pretium diminuendum, ſed modo ad falſam eorundem dijudicationem pertineant, nimis tamen illis nocuit inveterata nomini Sibyllino infamia. Scilicet orbis literati judicia haud raro per plura ſecula a verbis pendent! Ex quo *Xyſtus Betulejus* a) Sibyllina e codice Auguſtano primo promulgaverat, nil valde ornamenti per editores niſi *Opſopæi* b) atque *Gallæi* c) operâ nacta ſunt, quorum ille notas breves, ſed accuratas et eruditas, hic operoſas, verum ſæpe nugatorias et ad *αλλοτρια* divergentes, ra-

a) *Baſil. apud Oporinum* 1545. 8vo.

b) Σιβυλλικοι χρησμοι, hoc eſt Sibyllina Oracula ex vett. Codd. aucta, renovata et notis illuſtrata a *D. A. Opſopæo Brettano*. Cum interpr. lat. Sebaſt. Caſtalionis et indice. Pariſ. 1589. 8. et pluries. Nos uſi ſumus ea, quæ prodiit a. 1607.

c) Σιβυλλιακοι χρησμοι, h. e. Sibyllina Oracula ex vett. Codd. emendata et reſtituta, et commentariis diverſorum illuſtrata, opera et ſtudio *Servatii Gallæi*. Accedunt etiam Oracula magica Zoroaſtris etc. Amſtelodami 1689. 4to. *Vid.* Diſſertationes de Sibyllis 1688. 4.

Digitized by Google

ro autem loca difficilia expedientes, ſubjecit. Quod Berulejus, Caſtalio, et *Erasmus Schmidius* d) vera Sibyllarum, Erythrææ, Cumææ vel aliarum, de Chriſto vaticinia in his libris ſe legere autumabant, id præpoſteram quandam in hoc genere pietatem induxit, quæ a recta eorum, quatenus monumenta Chriſtiana eſſent, æſtimatione lectores diu avocabat. *Blondelli* de Sibyllis opus e) (quod nunc rarioribus accenſetur), quamvis multa erudite et ſollerter illuſtravit, quæſtioni tamen de Sibyllis gentilium nimis inhæſit, quam ut Chriſtianos Sibylliſtas in juſta luce poneret. At enim vero et hujus viri disquiſitionibus, et *Johannis Marckii* f) de carminibus Sibyll. diſputationibus XII Academicis, diligenter magis quam acute ſcriptis, id effectum fuit, ut libri, de quibus nunc agimus, non amplius pro antehomericis vel adeo Noachici temporis foetibus haberentur. *Joh. Alb. Fabricius*, qui ſingularem in illis operam poſuiſſe videtur g), ob-

d) Sibyllina. Wittebergæ 1618. 8.

e) Des Sibylles celebrées tant par l'antiquitè payenne, que par les saincts Peres, par *David Blondel.* Charenton 1649. 4.

f) Franekeræ 1682. 8.

g) Bibliotheca Græca, curante *G. C. Harles*, Vol. I. Hamb. 1790. 4. p. 227-290. Extant in Bibliotheca Univerſitatis noſtræ inter Msta Fabriciana Viri hujus eruditi Emendationes in unum alterumque locum Sibyllinorum.

Digitized by Google

obſervationibus haud adeo brevibus, quas Bibliothecæ Græcæ inſeruit, ſaniora in multis judicia induxit; ſed idem uti in paganorum Sibyllis disquirendis nimis longus, ita in librorum criſi, eorumque in dogmatibus Chriſtianorum informandis vi exponenda nimis brevis eſt. Ex recentioribus nemo, quantum equidem ſcio, niſi *Corodi* h), ab illuſtrata Chiliasmi er Canonis hiſtoria egregie meritus, diligentiori examini Sibyllina ſubjecit; verum ſeveritas, qua Apocalypſin Johanneam dijudicabat, ad hos quoque libros tranſiit, ejusque cenſuram interdum ſubiniquam reddidit. Ex quo Baumgarten atque Semlerus profeſſi fuerant i), ſe in hiſtoria controverſiarum theologicarum nullam horum librorum rationem habituros, ex recentioribus, qui de Hiſtoria Dogmatum Chriſtianorum ſcripſerunt, nullum reperi, qui inter fontes theologiæ Chriſtianæ ſeculo IIdo cognoſcendæ Oracula Sibyllina poſuerit, aut eos hoc nomine allegaverit; cum iidem tamen ne hæreticorum quidem ſcrip-

rum, ipſius manu adſcriptæ margini Editionis Opſopæanæ, quibus alia occaſione, hæc de Sibyllinis continuaturi, forte utemur.

h) Kritiſche Geſchichte des Chiliasmus. 2 Theil. Ffurt und Leipz. 1781. 8. de Apocalypſi pp. 203-333. de Sibyllinis p. 334-365.

i) *S. J. Baumgartens* Unterſuchung theologiſcher Streitigkeiten, herausg. v. *D. L. S. Semler.* 2ter Band, Halle 1763. 4. p. 273-75.

Digitized by Google

ſcripta ab iſto loco excluſerint, cumque nulla probabilis adferri posſit ratio, curni ex libris, quorum maximam partem ſeculo Antoninorum deberi omnes fatentur, vulgatæ inter multos Chriſtianos ſententiæ queant derivari.

Cum itaque diligenti horum librorum inveſtigatione mihi perſvaſiſſem, injuſta eſſe quæ de iis vulgo feruntur, judicia, nec juſtiori ſilentio eos ab eruditis theologis plerumque premi, ſtatui in eorum rationes, quatenus libri Chriſtiani ſunt, accuratius inquirere, ipſosque criſi exactiori ſubjicere, eo imprimis conſilio, ut in jura, quæ prima ſecula Chriſtiana iis vindicarunt, ea quidem, quæ non ſuperſtitio, ſed internum pretium aſſerat, illos, ſi fieri posſit, reſtituere tentem.

At audire mihi videor non neminem de religionis videlicet honore ſollicitum, vultu indignabundo occlamare: "Quid vero? ſuſtinesne theologiæ Chriſtianæ cognoſcendæ fontibus aniles fabulas inſerere? Sibyllamne paganam, aut infirmius hominis Chriſtiani cerebrum, male ſedulum illius nugarum imitatorem, e tenebris ſuis provocabis, ut nobilem doctrinæ ſimplicitatem impura hac ſcaturigine vities? Sine potius folia Sibyllis digna in ventos et aërem vel in blattas abire, quam illa ſic protrahe, ut puros religionis fontes turbent." Audio equidem et auſculto,

at

Digitized by Google

et doctrinæ Christianæ ſecurus reſpondeo: Si hiſtoria evincit, hos libros ſeculo æræ noſtro ſecundo confectos, atque multorum Chriſtianorum manibus oculisque tritos fuiſſe, ipſa res fert, ut ſententiarum tum in iſtis coetibus vulgatarum pars fuerint, utque earum cognoſcendarum fons ſint et eſſe debeant. Quod theologiæ Chriſtianæ, qualis ea ineunte ſeculo IVto exstitit, lucem affundit, religionis fontes turbare nequit. Argumentum librorum ad fabulas anîles redire confidenter nego. Oſtende ſis ex Patribus Apoſtolicis (quibuscum Sibyllinos auctores ob ævi vicinîam proxime comparare oportet) ullum, in quo uel tam cultum et liberali lectione nutritum appareat ingenium, vel puriora morum præcepta quam ab his auctoribus tradantur. Aniles fabulas vix ſerio noſtris objiciet, qui Barnabæ, vel Hermæ, vel Papiæ meminerit. Sed ne quis putet, me magis in aliorum erroribus, quam in propria operis quod tractamus præſtantia, patrocinium illi quærere, ex multis locis pulcherrimis unum alterumque apponere liceat, qui facere debeat ad noſtra de eo judicia moderatius in anteceſſum temperanda. Docebunt hæc exempla, libros Sibylliſtarum, licet eorum origo poëticam in tota coagmentatione artem excluderet, multis in carminibus ſingulis luminibus ſplendere

dere, quæ vel ingeniosissimus poëta florentissimo literarum ævo haud dedignaretur.

Ut a loco de moribus incipiam, quam facere avaritia exagitetur, hic accipe k):

VIII. 17. Ἀρχη πασι κακων Φιλοχρημοσυνη και ἀνοια.
Χρυσου γαρ δολιοιο και ἀργυριω πoθος εσαι.
Οὐδεν γαρ τουτων θνητοι μειζ?ον προεκριναν,
Οὐ Φαος ἠελιου, οὐκ ουρανον, οὐδε θαλασσαν,
Οὐ γαιαν πλατυνωτον, ὁθεν Φυουσιν ἁπαντα.
Οὐ τον παντα διδοντα θεον, γεννητορα παντων.
Οὐ πιστιν τουτων, και ευσεβιην προεκριναν.
Πηγη δυσσεβιης, και ἀταξιας προοδηγος,
Μηχανιη πολεμων, ειρηνης ἐχθρα τ' ἀνδρια,
Εχθραινοντα τεκνοις γονεας και τεκνα γονευσι.
Κ' οὐδε γαμος ἁμα χρυσῳ ὁλος ποτε τιμιος εσαι.
Γαια θ' ὁρους ἐξει, και Φρουρης πασα θαλασσα,
Πασι μεριζομενη δολιως τοις χρυσον ἐχουσιν,
Ὡς ἀιωσι θελοντας ἐχειν πολυθρεμμονα γαιαν.

Πορ-

k) Opsopoei editionem nuper allatam semper cito. Versuum numerum ipse apposui. Pagina hujus loci est 363.

Πορθησυσι πενητας, ἱν' αὐτοι πλειονα χωρον
Προσπορισαντες, ἀλαζονιη καταδυλωσωσι.
Κ' ἐι μη γαια πελωρος ἀπ' ουρανου ἀστεροεν-
τος
Τον θρονον ειχε μαχραν, ουκ ἠν ἱσον ἀνδρασι
φεγγος,
Αλλ' ἀγοραζομενον χρυσω πλουτουσιν ὑπηρ-
χε,
Και πτωχοις ἀιων' ἑτερον θεος ἡτοιμαζεν.

Avaris nimirum tellus nimis angusta est. Non modo terram ipsorum causa factam opinantur; sed nisi coelum intercederet, ipsam adeo lucem pauperibus invident; quippe pecunia eam emtum irent divites, ut egenis alia terra ad habitandum foret circumspicienda.

Quam recte, quamque ingenue Christianæ religionis indolem sibi repræsentaverint horum carminum auctores, multa per omnes libros sparsa elogia ostendunt. En unum talem l): V. 360. Ἡγειθω δε θεμις σοφιης και δοξα δικαιων. En alterum m), aliquanto longiorem

III. 311. Ευνομιηγαρ πασα απ' ουρανου ἀστεροεντος
Ἡξει' ἐπ' ἀνθρωπους, ἡ τ' ευδικιη, μετα
δ' αυταις
Ἡ

l) p. 328. fin.
m) p. 247.

Ἡ παντων προφερουσα βροτοις ἐμὸν οἰα σαοφρων
Και ϛοργη, πιϛις, φιλιη ξεινων. ἀπο δ' αὐτων
Ἡδε τε δυϛνομιη, μωμος, φθονος, ὀργη, ανοια,
Φευξετ' ἀπ' ἀνθρωπων, πενιη και φευξετ' ἀναγκη,
Και φονος, ὑλομεναι τ' ἐριδες, και νεικεα λυγρα,
Και νυκτοκλοπιαι, και παν κακον ἡμασι κεινοις.

Sed plenæ ſunt omnes paginæ verſuum, in quibus Sibylliſtæ nunc illud religionis beneficium explicant, quo Deum verum, unum, ſanctisſimum, ab omni ſenſualitate, ab omni idolorum indignitate alienum colere homines docuerit, nunc ſibi eam doctrinam gratulantur, quæ hominum ſervitutem, puerorum expoſitionem, fœtus in utero expulſionem, veneficia, et plurima vagæ Veneris monſtra, ſenſim ſenſimque abolere allaborer. Ex libro Vto, omnium quidem difficillimo, ſed eodem quoque maxime poëtico et ſubinde felicisſima phantaſiæ audacia eminente, ſubjicere juvat dulcisſimam verſuum ſeriem, canentem, quomodo Serapidis cultus vero Chriſtianorum numini ſit ceſſurus. Inducitur Dei Ægyptiaci ſacerdos

ſuis

ſuis ſacris renuncians et ad Jovæ omnipotentis religionem ultro cohortans n):

V. 490. Και συ Σεραπι λιθοις επικειμενε, πολλα μογησεις,
Κεισῃ πτωμα μεγιστον ἐν Αἰγυπτῳ τριταλαινῃ.
Ὁσσοι δ' Αἰγυπτε ποθον ἠγαγον εἰς σε, ἅπαντες
Κλαυσονται σε κακως, νεκυν ἀφθιτον ἐν Φρεσι θεντες·
Γνωσονται σε το μηδεν, ὅσοι θεον ἐξυμνησαν.
495. Και τις ἐρει των ἱερεων λινοσσιος ανηρ·
Δευτε θεον τεμενος καλον σησωμεν ἀληθες,
Δευτε τον ἐκ προγονων δεινον νομον ἀλλαξωμεν,
Τον χαριν ἡ λιθινοις και ὀστρακινοισι θεοισι
Πομπας και τελετας ποιουμενοι ἠκενοησαν.
500. Στρεψωμεν ψυχας, θεον ἀφθιτον ἐξυμνουντες,
Αυτον τον γενετηρα, τον ἀιδιον γεγαωτα,
Τον πρυτανιν παντων, τον ἀληθεα, τον βασιληα,
Ψυχοτροφον, γενετηρα, θεον μεγαν, ἀιεν ἐοντα·

Και

n) p. 340.

Και τοτ' ἐν Αἰγυπτῳ ναος μεγας ἐσσεται
ἁγνος,
Κ' εἰς ἀυτον θυσιας οἰσει λαος θεοτευκτος.
Κεινοισιν δωσει θεος ἀφθιτως βιοτευειν.

Utcunque ſe habet illud ἅπαξ λεγαμενον vocabulum λινοσσιος, intelligendum erit quaſi λινῳ ζωννυτος ɔ: ſindone ſuccinctus; quod ſi de Serapidis ſacerdote ſumitur, elegans eademque ſimplicisſima, quam innui, ſententia prodit; nec opus ſive cum Caſtalione ad Oniam, ſive cum Opſopoeo ad Marcum Ægyptiorum doctorem confugere. Majeſtatem concinnitati egregie mixtam habent eæ ſectiones, quibus vel imaginibus ex Veteri Codice petitis ſeculi aurei felicitas o) vivide depingitur; vel Jovæ gravitas idolorum futilitati, templum coeleſte manſarum templo Veſtæ interituro p) opponitur; vel ubi Deus q) conſilia cum λογῳ de orbe creando communicans, aut cunnumeri ſuo velut inaugurans orbe plaudente ſiſtitur. Lepidam facilitatem in multis narrationibus reperies. Lege, ſi placet librum Imum de Noacho, navem juſſu divino intrante et indidem exeunte, loquaci ſimplicitate narrantem; lege ſub finem libri VIIIui, Mariæ matris Jeſu cum angelo coelitus miſſo confabulantis

o) III, 681-732. pp. 276-280.
p) V, 400. ſeqv. p. 332. VIII, 377-400. p. 392. ſequ.
q) VII, 65-94 p. 355. VIII, 441. ſequ. 399.

lantis foetumque divinum concipiẽntis deſcriptionem; et certus ſpondeo, te commotum ultimi præcipue loci facetia dulcedine ab hac lectione diſceſſurum.

Pauca quæ attulimus ſufficient, credo, ad diluendam futilitatis horum librorum criminationem. Sed occurrit altera, quæ nonnullis forte gravior videbitur, objectio: "Fanaticam, ajunt, regni millenarii ſpem hæc oracula Sibyllina ſtabiliverunt, et ſequentibus ſeculis inter Chriſtianos aluerunt. Veſana vero de univerſa rerum converſione, imperiique præcipue Romani deſtructione præſagia, quam indigna Chriſtianis, quam omnino nociva deprehenduntur!" Ad prius reſpondeo: non recte chiliasmi origines in Sibyllinis quæri, cum millenus annorum numerus, regnum Meſſianum circumſcripturus, hic nullibi allatus inveniatur, et ipſi librorum computationi r), Romani regni everſionem ad annum U. C. 948 omine ex literis petito referenti, diſſerre repugnet. Quidam noſtris auctoribus luculenter s) innuunt, ſe præſagire Aurelium Verum Marco Aurelio Antonino ſucceſſurum, ſed eundem Imperatorum ultimum futurum eſſe. Cum autem in utroque augurio eos erraſſe (et liberum utique eſſe, ut Apoſtolis ſic ſeculi 2di Chriſtianis debebat, Veteris Teſtamenti atque Jeſu effata ex ſuo judi-

r) L. VIII. 149-150. p. 375. l. 3-4.
s) Libr. V. 61. p. 304. l. 10. VIII, 65-66. p. 367. l. 19-20

judicio interpretari) eventus mox docuiſſet, ſane non horum librorum culpa eſt, ſi ſequens ætas coeca quam ipſi nunquam poſtulaſſent fiducia ſpes, quas irritas fuiſſe res ipſa docuiſſet, longius procraſtinaret. Regni Meſſiani deſcriptiones non aliæ dantur, quam quæ, præeunte Jeſu et apoſtolis, propheticis V. T. picturis ſint accommodatæ. Redeunt ad Petrinam novi coeli novæque terræ, quæ virtutis ſedes ſit, exſpectationem. Manifeſtum eſt, eas a Jeſu effatis progreſſas eſſe; et longe minus ſenſuales ſunt, quam quæ vel in Apocalypſi, vel in Patribus Apoſtolicis exhibentur. Prædictiones quod attinet de imminente imperii Romani ruina, ignoſcendum profecto terrarum orbi, ſi ille, Neronianæ et Domitianeæ poſt tot antiquiora vulnera immanitatis impatiens, ſpem ſibi indulgeret, tot malorum ſub placida Chriſtianismi umbra finem tandem fore. Dixerat jam Paulus: *πασα κτισις συστεναζει και συνωδυνει αχρι του νυν*; quam ſvaviter canit Sibylliſta t).

VIII. 194-95. *Μη ποτ' εγω ζωην, οτε η ιλαρη βασιλευση,*
Αλλα τοτ', αρανιη οταν η χαρις εμβασιλευση!

ιλαρην, quod in nullo interprete commode explicatum reperi, intelligo de Babylone, juxta Apocalyp-

ſin

t) p. 376.

ſin Romam nullius non petulantiæ ſedem mythice inſigniente. Perierant poſt longam ſatis dominationem generis humani dedecora Tiberius, Caligula, Claudius, Nero; et a diuturnis ærumnis ſe levatum iri terræ ſperaverant. Verum ſub Veſpaſiano et Tito vix reſpirare rurſus inceperant, cum crudelior prioribus Domitiani tyrannis ipſius adeo Neronis deſiderium nonnullis incuteret. Hinc ex parte ortas cenſemus traditiones de Nerone, non vere mortuo ſed in oriente alicubi latente et ad ſceptra capeſſenda redituro, quarum mentionem Suetonius, Tacitus et Dio faciunt, quasque Apocalypſis pariter ac Sibylliſtæ u) diſerte innuunt. Quam ſignificanter exclamat unus ex noſtris de Nerone x):

V. 155. Τουτου γαρ φανεντος, ἡ κτισις ἐξετιναχθη! Videlicet faſtigium ſuum aſſequi debebat orbis miſeria, ut felicitatis dein ſecuturæ magnitudo tanto magis animadverteretur! At cogitatio de Romæ dominatione, quæ per plura ſecula terras oppreſſerat, quam facile jungi poterat, inprimis in hominis Aſiatæ cerebro, cum alio præſagio, fore, ut quæ Roma Aſiæ rapinis extorſiſſet, huic reſtituerentur, ut multi theſauri, qui ad Tiberim olim translati fuiſſent, domum

u) *Suetonii* Nero c. 40 et 57. *Tacit.* I, 2. II, 8. *Dio Caſſius* LXIV, 6. *Apocalypſis* XIII, 3. *Sibyll.* V, 364. VIII, 71 et ſæpius.

x) p. 312.

mum tandem cum foenere reverterentur. At quantumvis nativa hæc omnia sint, per ipsum eventuum tenorem necessario producta, verum vicissim est, leniri id quod in his ominibus durum videtur, statûs miseriam excepturi poëtica pariter ac placida explicatione, quæ, ut vidimus, in χαριτι, ἐυδικια, σοργη, σοφιης θεμιδι, ut deinceps videbimus, in ipsius impiorum poenæ cessatione finiretur. Ut locum ob oculos habeat lector, qui exemplo Sibyllistarum de Roma præsagitionum sit, hunc subjicimus y):

VIII. 37. Ἡξει σοι ποτ' ἀνωθεν ἰσῃ, ὑψαυχενε Ῥωμη,
Ὀυρανιος πληγη, και καμψεις ἀυχενα πρωτη,
Καξεδαφιθησῃ, και πυρ σε ὁλην δαπανησει,
Κεκλιμενην ἐδαφεσσι σεοις· και πλυτος ὁλειται,
Και σα θεμεθλα λυκοι και ἀλωπεκες οἰκησυσι.
Και τοτ' ἐσῃ πανερημος ὁλως, ὡς μη γεγονυα.
Πυ τοτε παλλαδιον; ποιος σε θεος διασωσει,
Χρυσους, ἠ λιθινος, ἠ χαλκεος, ἠ τοτε πυσοι
Δογματα συγκλητου; πυ Ρειης ἠε Κρονοιο,
Ἠε Διος γενεη, και παντων, ὡν ἐσεβαθης
Δαιμονας ἀψυχους, νεκρων ἐιδωλα καμοντων.

Pa-

y) p. 364.

Patet ex iis, quæ huc usque disputavimus, quod objectionibus, quæ contra libros Sibyllinos adferri solent, nil eorum pretio apud justos censores detrahitur. Accedunt, si historiam et antiquitates ecclesiasticas spectas, nonnulla, quæ haud parum momenti iis tribuunt. Sibyllistæ, dum in variis oraculis multifaria, quæ terras vexabant, mala describunt, loquuntur de fame, peste, incendiis, terræ motibus, templorum ruinis, regionum et urbium eversionibus, ubique, præcipue in Asia, tum grassantibus vel grassaturis. Quæ in Suetonio, Tacito et Historiæ Augustæ scriptoribus, quæ in Dione Cassio, Dione Chrysostomo, Aristide aliisque, et deinceps in Eusebii Chronico, ut numos et Inscriptiones taceam, de his leguntur, iis quæ in Sibyllinis interdum pluries repetita occurrunt, multum lucis affundunt, et vicissim inde foenerantur; id quod Dionis de Rhodo, Aristidis de Smyrna orationes, ne plura memorem, abunde ostendunt. Ei, qui commentarium in Sibyllina scribere aggrederetur, talia omnia colligenda et in historiæ usum non sane exiguum conferenda forent. Nobis vero, qui id nunc non propositum habemus, satis erit ad hanc observationem lectoris animum advertisse.

Monumentis quoque et antiquitatibus Christianis illustrandis inserviunt varia, quæ in Sibyllinis al-

legantur. Si placeat *Bonarottii* vitra Chriſtiana, *Boldetti* coemeteria eorundem, *Arringhi* Romam ſubterraneam vel *Mamachii* Antiquitates Chriſtianas pervolvere, reperies idearum cyclum, quem eorum Ars plerumque exprimebat, illum ipſum eſſe, quem Sibylliſtæ frequentius attingunt, ex. c. ex Noachi hiſtoria columbarum vel corvi ex navi emiſſionem, ex Chriſti miraculis Dæmonum expulſionem, Lazari ex mortuis excitationem, multorumque millium cibationem. Si verum eſt, acroſtichidem (quæ in L. VIII, 217-50 legitur, et initialibus verſuum triginta quatuor literis Ιησους Χρειστος Θεου Υιος Σωτηρ accedente Σταυρος, initialibus item quinque priorum vocabulorum notis, ιχθυς exprimit,) occaſionem dediſſe piſcium ſymbolo ad Chriſtianos inſigniendos, convenienter Jeſu effatis Matth. IV, 19. Marc. I, 17. adhibendo, evidenti ſane exemplo comprobatum cernitur, quid auctoritatis hæc carmina in veteri eccleſia habuerint z). Verum id me judice valde memorabile, quod hymnorum Chriſtianorum, ex quibus vix niſi unum alterumque in Patribus Eccleſiaſticis detegere licuit a), hic

z) *Blondel* ſur les Sibylles p. 165. id fatetur. Repugnat *Fabricius* in Bibl. Gr. *Münterus* noſter non refragatur in Epiſtola ad Archiep. I. A. Lindblom de duobus monumentis vet. eccleſiæ. Havn. 1810. 8.

a) Cfr. *Münter* über die älteſte chriſtliche Poëſie, quæ dis-

hic non modo veſtigia, ſed integras adeo reliquias intextas animadvertimus. Scribit Plinius, Bithyniæ præfectus, Trajano, quod Chriſtiani "Chriſto ut deo hymnos ſibi dicant invicem"; et Tertullianus refert, plinium nihil de eorum coetibus indagare potuiſſe, niſi "coetus antelucanos ad canendum Deo et Chriſto" b). Quod *Münterus* noſter de talium hymnorum natura ex veterum effatis elicuit, id per Sibyllina plus roboris lucisque accipit, licet Viro præſtantiſſimo ibi non in mentem venerit iſtos libros eo nomine conſulere. Loca, in quibus hymnos agnoſcere mihi videor, ſunt: L. III, 654-61. VI, 1-28. L. VII, 67-94 et VIII, 429-59; uti quoque acroſtichis L. VIII, 217-50 haud paucas hymni notas ſibi haber impreſſas. Quam frequentia inter Chriſtianos fuerint ejusmodi cantica ſacra, inde concludi poteſt, quod Deus ὕμνων ἡγητωρ L. III; 244 appellatur. Duo carmina, quæ de λογῳ agunt, ſacrum prorſus tenorem ſpirant; unum ex L. VII. c), majeſtate poëtica eximium, dramatici quid intermixtum habet, quod in Plinianum "ſibi dicunt invicem", egregie ca-

 dit,

disquiſitio præmiſſa eſt libro Ejd. Die Offenbarung Johannis metriſch überſezt. Kopenhagen 1806. 8. p. 33. ex Clemente Alexandrino.

b) Epiſt. L. X, 97. *Euſebius* id græce expreſſit Hiſt. Eccl. III, 33.

c) p. 355.

dit, Logique laudes cum Dei laudibus conjungit; alterum ex L. VIIIvo d) jam ſuo initio Ἀγεννήτος, ἀχράντος, ἀένναος, ἀϊδιοστε, epithetis Orphicorum et Callimacheorum more accumulatis hymnum prodit, et inſerto Dei alloquio animatur. Liber VI, qui totus hymnus eſt, ſingulatim tractari meretur, id quod alia forte occaſione tentabimus. Brevius canticum, quod Liber IIItius offert, eo potius ex hymno deſumtum credimus, cum in verſibus et præcedentibus et ſequentibus ita nuncuperur. Sic vero habet e):

III. 654-61. Δευτε πεσοντες ἅπαντες ἐπι χθονι, λισσωμεθα
Ἀθανατον βασιληα, θεον μεγαν, ἀενναοντε·
Πεμπωμεν προς ναον, ἐπει μονος ἐστι δυναστης,
Και νομον ὑψιστοιο θεοῦ φραζωμεθα παντες,
Ὅς τε δικαιοτατος πελεται παντων κατα γαιαν·
Ἡμεις δ' ἀθανατοιο τριβῳ πεπλαννημενοι ἠμεν,
Ἔργα τε χειροποιητα σεβασμεθα ἀφρονι θυμῳ
Εἰδωλων ξοανωντε καταφθιμενων ἀνθρωπων.

Cum

d) p. 396. sequ.
e) p. 275.

Cum ita oſtenderimus, non utique futiles, nec lectu indignos eſſe Sibyllinos, qui dicuntur, libros, tempus eſt, ut ad eorum rationem penitius inveſtigandam tranſeamus; quod commode fiet, dum de eorum ætate, auctoribus et conſilio, de ſingulorum oraculorum argumento atque criſi, et denique de librorum fontibus, profanis, ſacris et apocryphis, ordine *) agemus.

I.

Quæſtiones de tempore, modo atque fine, quo libri Sibyllini concinnati fuerint, adeo arcte ſibi innexæ ſunt, ut nec una ſine altera tractari, nec omnes, niſi ſingulis discuſſis, rite explicari poſſint.

De oraculorum Sibyllinorum inter Chriſtianos uſu antiquiſſimus, quem habemus, teſtis eſt Celſus philoſophus, Chriſtianorum impugnator, cujus aſſerta, ab Origine ſervata, hic tanto magis afferenda ſunt, cum ab illis rectior de horum librorum origine repræſentatio ultro progredi videatur. Sic itaque ille f): "τι τοιουτον (quale Epictetus, ſubridens, cum herus ipſi crus torquendo perfringeret) ὁ ὑμετερος Θεος (Jeſus) κολαζομενος ἐφθεγξατο; ὑμεις δε και

*) Conſpectum doctrinæ Chriſtianæ, qualis in his libris continetur, alia occaſione propediem dabimus.

f) *Originis contra Celſum* Libros ed. G. *Spencerus* Cantabrigiæ 1777. 4. Lib. 7. p. 368.

καν Σιβυλλαν, ἡ χρωνται τινες ὑμων, εἰκοτως ἂν μαλλον προεσηπαθε ὡς τε Θεε παιδα· νυν δε παρεγραφετε μεν εἰς τα ἐκεινης πολλα και βλασφημα εἰκη - - - τον δε βιῳ μεν ἐπιρρητοτατῳ, θανατῳ δε οἰκτισῳ χρησαμενον, Θεον τιθεασθε." Respondit ad hæc Origines g): "οὐκ οἰδα ὁπως ἐβουλετο ἡμας μαλλον Σιβυλλαν ἀναγορευσαι παιδα Θεε ἡ Ιησεν, ἀποφηναμενος, ὁτι παρενεγραψαμεν εἰς τα ἐκεινης πολλα και βλασφημα, και μη ἀποδειξας μηδ' ὁτι παρενεγραψαμεν· ἀπεδειξε δ' ἂν, εἰ τα ἀρχαιοτερα καθαρωτερα ἐδεικνυε, και ἐκ ἐχοντα, ἁπερ οἰεται παρεγγεγραφθαι. μη ἀποδειξας δε μηδ' ὁτι βλασφημα ἐστι ταυτα; quid vero in vita Jesu infame esset, non ostendit, sed satis habuit convicia adferre." In Libro 5to adversus Celsum idem Origines h): "Εἰπε δε Κελσος τινας εἰναι και Σιβυλλιστας· ταχα παρακουσας τινων ἐγκαλυντων τοις ὁιομενοις προφητιν γεγονεναι την Σιβυλλαν, και Σιβυλλιστας τες τοιυτους καλεσαντων." Ad hæc loca in sequentibus revolvemur. Nunc notasse juvabit: quod Celso, qui anno fere 130 post Chr. sub Hadriano florebat, quædam innotuerint, de ho-

g) ibid. p. 369.

b) p. 272. Spencerus hæc ita vertit: "Facit etiam mentionem nescio quorum *Sibyllistarum*; fortasse quod audierat a quibusdam improbari eos, qui Sibyllam prophetidem existimant, notarique Sibyllistarum nomine."

hominibus inter Chriſtianos, qui Sibylliſtæ appellarentur, deque ſcriptis inter eos jam tum vulgatis, quorum cum oraculis ethnico — Sibyllinis ſimilitudo illi perſvaſerit, quod Chriſtiani oracula iſta adulteraſſent. Juſtini Martyris et Hermæ tempore a. circiter 140 poſt Chriſtum collectiones oraculorum Chriſtiano — Sibyllinas extitiſſe, ex illius Apologia majore et hujus Paſtore manifeſtum eſt. Idem valet de Clementis Alexandrini et Theophili Antiocheni operibus. Cum vero quædam ſaltem decennia requirerentur, antequam tales libelli compagem aliquam efficere, vulgari et auctoritatem quandam obtinere poſſent, horum oraculorum origines ad *ſeculi* primi finem vel *ſecundi initium* referre neceſſe erit.

Temporis terminum, ad quem extendenda ſit librorum confectio, ipſi ſuppeditant. L. VIII, 148-50 i) legitur memorabilis de Roma divinatio, ſic expreſſa:

Τρις δε τριηκοσιους και τεσσαρακοντα και ὀκτω
Πληρωσεις λυκαβαντας, ὁταν σοι δυσμορος ἡξη
Μοιρα βιαζομενη, τεον ὀυνομα πληρωσασα.

Auctor moræ impatiens, qua nova totius orbis inſtauratio retardari videretur, in ipſo Romæ nomine, ad cabbaliſticum computum revocato, certam epochæ adeo vehementer exſpectatæ indicationem inveniſſe

i) p. 375.

niſſe ſibi videbatur. Cum itaque literâ ϱ 100. ω 800, μ 40, η 8 vulgo exprimerent, prodibat annus 948, unde novum rerum ordinem incepturum certo augurabatur. Incidebat ille in annum 3 imperii Sept. Severi (æræ Chriſt 197). Cum vero talem epocham conſtituere velle nemo credi poſſit, niſi qui eam nondum attigerit, aliquot annis antea ille computator, ſi vel maxime iſtum eventum approperari optaret, vixiſſe putandus eſt. Cum itaque Commodum anno U. C. 945 interfectum fuiſſe conſtet, haud improbabile eſt, hominem, qui calculos ita ſubduxiſſet, inter annos U. C. 930 et 940 vixiſſe. Siquidem ſæva Commodi tyrannis talis erat, quæ Neronum et Domitianorum atrocitatem non æmularetur ſolum, verum adeo ſuperaret, non profecto tum deerant, quæ melioris rerum ſtatus deſiderium excitarent. Loco k) L. V. 397-410 nullam temporis deſignationem ſuperſtruemus, cum nec omnino certum ſit, Veſtæne an Hieroſolymitani templi excidium hic ſit cogitandum, nec fixa ſatis ita poneretur periodus, ſiquidem prima templi Veſtæ combuſtio ad annum U. C. 516 vulgo refertur, ſecundam vero quidam anno U. C. 818 ſub Nerone, alii a. U. C. 942 ſub Commodo accidiſſe autumant. Non minus perſpicuus, quam ille de ominoſo Romæ nomine, ſed idem ad æta-

k) p. 332.

ætatem carminum, in quibus reperitur, efficiendam certior eſt duplex locus, unus in L. V, alter in L. VIII, uterque breviſsimus, nempe

L. V. 51. Τρεις ἀρξουσιν, ὁ δε τριτος ὀψε κρατησει απαντων.

L. VIII, 65. Τον (Adrianum) μετα τρεις ἀρξουσι πανυστατον ἡμαρ ἐχοντες,
Ὀυνομα πληρωσαντες ἐπουρανιοιο θεοιο.

Sermo eſt de tribus Hadriani ſucceſſoribus, Antonino Pio, Antonino Philoſopho et Aurelio Vero, quorum prænomina a litera A, vocis Adonai initiali, incipiebant. Scripta hæc eſſe debent ante Veri mortem, quam a. 922 U. C. obiit veneno ſublatus, tum cum Marco ſuo ſocero inſidiabatur. Fallebatur ergo initii L. Vti auctor, qui non dubitabat Verum, ad quem ſucceſsio imperii poſt Marcum Antoninum Phil. pertineret, huic ſuperſtitem futurum; verum illius in præſagiendo erroris nos non pigebit, cum ita annum U. C. 920 (circ. 167 poſt Chr. n.) er, ut nuper vidimus, a. U. C. 853 (c. 100 p. Chr. n.), ſeptuaginta fere annorum ſpatium ſumere posſimus, intra quod plurima, quæ hi libri complectuntur, oracula concinnata et ex parte collecta fuerint.

Atqui ea oraculorum compages, qua nunc utimur, nequaquam omnia continet, quæ veteres eccle-

ſiæ

ſiæ patres habuere; nam Juſtinus M. ſub finem ſuæ Cohortationis ad Græcos dicit, Sibyllam σαφως και φανερως λεγειν περι παντων των υπο Ιησυ γινεσθαι μελλοντων, in quibus noſtri Sibyllini ſatis breves ſunt; Theophilus Antiochenus longa ſervavit loca l), quæ in Sibyllinorum codicibus Mstis deſiderabantur; et, ſi Suidæ fides, ſolius Chaldææ Sibyllæ XXIV erant, oraculorum περι παντος εθνυς και χωρας, libri m). Ex altera parte non eſt ambiguum, quod his noſtris vel inſertæ ſunt, vel ſenſim aſſutæ quædam, non ſolum ſtrophi et breviores pericopæ, ſed integræ quoque ſectiones, patribus ſeculi ſecundi ignotæ, quæ vel ſectis quibusdam Chriſtianis vel orthodoxiæ, ſub ſeculi 3tii finem ad certam dogmatum normam et ſubtiliorem theologiam ſenſim ſenſimque nitenti, debebantur. Huc refero partim exquiſitiores quasdam formulas, ex. c. cum Logus αυτολογευτος n), cum Chriſtus, antequam coelum et terra exiſterent, αυθεντης λογω πατρος γινεσθαι dicitur o), cum

l) v. c. mox ab initio libri pulchrum illum locum de Deo, qui in Codd. deerat.

m) notat *Fabric.* in Bibl. Gr. p. 278 quod in bibliotheca Vaticana Romæ extare feruntur libri XIV Sibyllini; extare quoque alterius voluminis titulum, a Gesnero allatum: εκ των προφητικων Σιβυλλης λογοι δ' μεχρι του ιε (9nus ad 15tum).

n) L. I, 111. p. 160.

o) L. VII, 67-67. p. 355.

cum martyrium et virginitas ſingulari merito dücitur, cum Deus *δια χειρων παρθενου ἁγνης* hominum miſertus deſcribitur, cum crucis ſigno, panſis Jeſu manibus, vel vi *πιστεως* miraculoſæ, grave momentum tribuitur, etc. Licet vero hic illic haud pauca ſec. 2do aliquanto ſeriora exiſtimanda ſint, licet in librorum compoſitionè, qualis nunc habetur, multa vitioſa, confuſa, permixta, atque locis alienis poſita fateamur, manet tamen, quod noſtro fini nunc ſufficit, longe maximam horum oraculorum partem annis 100mo ad 170 poſt Chr. n. exaratam fuiſſe.

"Cuinam vel quibusnam *auctoribus* tribuenda ſint Sibyllina", inveſtigaturi nobis ipſis nos prorſus relictos animadvertimus; nam quamvis viri docti hanc quæſtionem propoſuere, ejus tamen ſolutionem vix attigerunt, nedum perſecuti ſunt. Quod *Blondellus* p) et *H. Dodwell* conjecerant, ſive Hermam, ſive Montanum, vel *Semlerus* q) Tertullianum auctorem agnoſcendum, opinio erat idoneo fundamento prorſus deſtituta; nam nil diſſimilius, quam Hermæ ineptiæ inepto ſermone expreſſæ, et Sibyllinorum

p) ſur les Sibylles. Lib. II. c. 7. *H. Dodwell* prælect. Cambdenianæ p. 302.

q) in Novis Obſ. quibus ſtudioſius illuſtrantur potiora Capita hiſtoriæ et rel. Chriſtianæ usque ad Conſtantinum M. §. 22. p. 33. ſequ.

norum cordata elegantia; quod proprium Montano erat Paracletum se venditare et hoc nomine se supra ipsum Jesum efferre, hujus asserti nullum omnino est in Sibyllistis vestigium; Tertulliani vero tumor, et clara, aperta, in plerisque simplex Sibyllistarum expositio tantum fere a se invicem, quantum coelum a terra, distant. Gnosticis hæc carmina tribuere volebat *Huetius*; sed quæ vere Gnostica in illis sunt, ita se habent, ut crediderim quidem, unum alterumve Sibyllistam Gnosticismo addictum fuisse, sed totum librorem tenotem illum spirare omnino negem. Quod denique contendebat *Heumannus* r) hæreticis necessario adscribendos hos libros, quia inter orthodoxos scriptores eó ævo nullus insignior poëta floruerit, et quia multa in iis lateant hæreticorum dogmata, ea quidem ratiocinatio partim infirma est, quatenus negativo argumento nititur, partim eo nomine claudicat; quod ineunte et medio seculo 2do orthodoxiæ ac heterodoxiæ limites nondum satis constituti esse poterant. Res autem altius repetenda erit.

Licet externis argumentis talia ad liquidum perduci nequeant, aliquam tamen de diversis horum librorum auctoribus suspicionem jam excitare poterat Codex Regius Parisiensis, quo Opsopæus in editione sua adornanda usum se profitetur. Is enim libros hoc

r) in *Fabric.* Bibl. Græca ed. *Harles* T. I. p. 281.

hoc ordine habebat: 8, 1, 2, 3, 4, 5, v. 1-105; Libri Imi initium (quod in editionibus ex Theophilo ſuppletum eſt), libri quinti finis, ſextus, totusque ſeptimus liber deerat. Id absque dubio non prorſus fortuito factum. Habebat puto librorum iſto codice comprehenſorum collector ſuas rationes, quas ſequeretur. Libro ſexto in vulgaribus recenſionibus etiamnunc inſcriptum legitur: Ἑτέρας εἶναι ταύτας δοκεῖ; quod judicium in Patribus Eccleſiaſticis v. c. Clemente, Lactantio cæt. plerumque ſic exprimitur: Dicit alia Sibylla, i. e. ut equidem interpretor: "canit alius Sibylliſta". Displicebat forte collectori in ultimis libri 5ti ſectionibus oraculorum partim repetitio, partim obſcuritas, quamvis ea, niſi meum me fallit judicium, omnium ſunt maxime poëtica. Septimum excluſiſſe credi poteſt, vel ob Gnoſticismum in quibusdam pellucentem, vel quia prædictionum argumentum nil, in prioribus non tractatum, exhibere ei videbatur. Accedit, quod in ſolitis editionibus λογος δευτερος in duas partes abit, quarum poſteriori præfixum eſt: "παλιν ἐν τῳ τριτῳ αὐτης τομῳ ταδε φησιν, ἐκ τῳ δευτερῳ λογῳ περι θεῳ; quod, notantibus commentatoribus, aliquis Ranconetti Codex IX libros nominabat; quod libro octavo poſt v. 481 ſubjungitur primum duplex, ſed brevis, appendix, dein στιχοι παραλελειμμενοι, cum ad

no-

notatione Græca, quæ monet Phocylidem, Philoſophum Mileſium, hæc ex Sibyllinis ſurripuiſſe.

Quod externa argumenta innuebant, diverſos in his libris auctores eſſe agnoſcendos, id argumenta interna non veroſimile modo reddunt, ſed fere ſupra omne dubium ponunt. Sive rationem ſpecres, qua Sibyllæ de ſe ipſæ loquentes inducuntur, ſive libros integros cum aliis libris, vel eorundem librorum particulas invicem, contendas, ſive unam alteramque in aliis aliisque libris propoſitam ideam accuratius inſpicere velis, ad auctorum diverſitatem his omnibus te ultro duci animadvertes.

Cum Chriſtianis placuiſſet in ſuis coetibus mutuos metus, inter multiplices temporum ærumnas, mutuasque in futurum ſpes, Jeſu et Apoſtolorum effatis nixas ſecum communicare, variis involucris veſtita fuiſſe iſta præſagia probabile eſt. Ex talibus nullum, ſi ævi ideas ſpectes, magis commodum videbatur, quam illud, quo homo ejusmodi divinationes proferens Sibyllæ perſonam indueret, cum ejus vaticiniis totus orbis plenus eſſet, ita tamen, ut ad Chriſtianorum uſus accommodate informaretur. Siquidem in V. T. hiſtoria diluvium Noachicum ponitur velut interſtitium inter priſcum novumque orbem, ea quæ apud Græcos circumferebantur de divinatoria Sibyllarum vi deque grandæva earum ætate,

ad

ad remotius hoc ævum nunc referebantur, ut tales vates ab hocce velut faſtigio in futuras longe generationes proſpecturæ ſiſterentur.

Quam feliciter id fieret, a cujusque, talem vatem repræſentantis, ingenio dependebat. In libris noſtris Sibylla quinquies ſe nominat, verum non ſine aliqua varie temperati ingenii ſignificatione. Longior locus eſt, qui in fine libri tertii legitur, ubi vates Noachi nurum (τᾳ μεν ἐγω νυμφη) ejusque de ſangvine natam ſe profitetur. Unde nuper venerit, quid ſibi propoſitum ſit, qualisque habeatur, ſic exprimit s):

L. III. 746. Ταυτα σοι Ἀσσυριης Βαβυλωνια τειχεα μακρα
Ὀισρομανης πολιπουσα, ἐς Ἑλλαδα πεμπομενον πυρ
Πασι προφητευουσα θεϖ μηνυματα θνητοις,
Ὡσε προφητευσαι με βροτοις αἰνιγματα θεια.
Και καλεουσι βροτοι με καθ' Ἑλλαδα πατριδος ἀλλης,
Ἐξ Ἐρυθρης γεγαϋαν, ἀναιδεα, οἱ δε με Κιρκης
Μητρος και Γνωσοιο πατρος, φησουσι Σιβυλλαν,
Μαι-

s) p. 283.

Μαινομενην ψευσειραν· ἐπην δε γενηται
ἁπαντα,
Τηνικα μου μνημην ποιησετε, κ' ουκ ἐτι
μ' ουδεις
Μαινομενην φησει, θεϐ μεγαλοιο προφητιν.
Ὁς γαρ ἐμοι δηλωσεν, ἁ πριν γενετησιν
ἐμοισιν,
Ὁσσα τε πρωτ' ἐγενοντο, τα μοι θεος ἐγ-
κατελεξε.
Των μετεπειτα δε παντα θεος νοῳ ἐγκα-
τεθηκεν,
Ὡς ε προφητευειν μετα τ' ἐσσο-
μενα, προ τ' ἐοντα,
Και λεξαι θνητοις - - -

Quod Babylone venientem ſe fingit, indicat vel de rebus Aſiaticis canentem, vel ex ipſa forte Babylone oriundum vatem. Erythræ (quæ Joniæ urbs eſt) ſe natam ferri ait; unde patet, auctorem Erythrææ nobiliſſimæ Sibyllæ perſonam cum Noachitide conjunctam induiſſe. Quod denique Circem matrem, Gnoſtum patrem nonnullos ipſi tribuiſſe refert, in eo myſticum nutum agnoſco, quod inter Sibylliſtas haud pauci Gnoſtici fuerint. Pari vel majori adeo confidentia, quam hujus particulæ auctor, utitur ille vates, qui in L. VIII t) canit:

VIII.

t) p. 392.

VIII. 358. Αὐτος μοι ταδε παντα θεος κρινας κατελεξε
Και δι' ἐμυ στοματος τα λελεγμενα παντα τελεσσει·
Οἰδα ἐγω ψαμμων τ' ἀριθμους, καὶ μετρα θαλασσης,
Οἰδα μυχους γαιης, και ταρταρον ἠεροεντα,
Και μεροπων ὀντων τε και ἐσσομενων, νεκυωντε.
Οἰδ' ἀριθμους ἀστρων, και δενδρεα, και ποσα φυλλα,
Τετραποδων, νηκτωντε, και ὀρνιθων πετηνων.

Longe alius indolis sunt Sibyllarum L. II u) et VII x) de se differentium eloquia. Illa se miseram clamat, judicii extremi formidine, quippe quæ vesana, impudens (κυνωπις), in egenos dura, factis lasciva, dictis intemperans (ὁτε γαμων μεμελημενη, ὁτε λογισμων) vixisset. Hæc fortioribus adhuc, quosque legens horrescas, coloribus suam impietatem describit. Non solum vagæ Veneris (quam in Noachici ævi hominibus Mosaica narratio notat), sed in-

u) v. 246-54. p. 212.
x) p. 360.

inceſtus adeo ſe incuſare videtur, ob quæ crimina parum abeſt quin æternis ſe damner ſuppliciis. Verba hæc ſunt:

L. VII. 150. - - - ἐμε την λυγρην· ὁτα γαρ κακα προσθεν ἐρ:ξα,
Ἐιδυ, ἀλλα τε πολλα κακως ἐπονησ' ἀμελουσα;
Μυρια μεν μοι λεκτρα, γαμος δ' ὀυδεις ἐμελη θ η·
Παϛι δ' ἐγω παναπυϛος ἐπηγαγον ἀγριον ὁρκον.
Δευομενους ἀπεκλεισα, και ἐν προμολησιν ἱϛα,
Ἰκελον ἐις ἀυλωνα, θεου Φατιν ὀυκ ἐνοησα.
Τϛνεκα πυρ μ' ἐφαγεν, και βρωϛιες, ὀυδε γαρ ἀυτη
Ζησοραι, ἀλλ' ὀλεϛει με κακος χρονος, ἐνθα ταφεν μοι
Ἀνθρωποι τευξουϛ· ἐπανερχομενοι με θαλαϛη
Και με λιθοις ὀλεϛουϛι· ἐπ' ἐμῳ γαρ π' ἀτρι λαλουϛα
Τία φιλον μετεδωκα· βαλοιτε με, βαλλετε παντες.
Ὀυτω γαρ ζησω, και ἐς ὀυρανον ὀμματα πηξω.

Quam

Quam commode ævo Noachico palatia veſtibulis ſplendidis inſtructa memorentur, ipſe poëta viderit. Phantaſiæ audaciam, licet ſubhorridam nemo facile ei negabit; ſed æque luculentum eſt, duo ultima carmina alium prorſus, quam duo prius commemorata genium ſpirare.

Vates, cujus carmen in L. Vto a verſu inde 52 legitur, quæque, numine plena, præſagiorum nigredine vehementer ſe commotam queritur, Iſidis cognata (Ἰσιδος ἡ γνωστη) appellatur. Cauſam non longe quærendam cenſeo. Nam L. Vtus multa de Ægypto vaticinia continet. Poëta carminis auctor, Alexandrinus forte erat. Verum quicquid de hac conjectura ſtatuas, probabile certe eſt, tertiam nos in poëmatum concinnatione diverſitatem ex ipſis Sibyllarum titulis ſic indagaſſe. Saltem longe facilius magisque congruum eſt ſic nuncupationem, Ἰσιδος ἡ γνωστη, ſibi explicare, quam coeco opinionum de multis in veruſtate Sibyllis, quarum una forte Ægyptum adierit, labyrintho, unde pedem expedire nefas, ſe intricare.

Compara in hac oraculorum compage unum librum cum altero; compara in eodem libro ſingula invicem oracula, et mox tibi perſvadebis, non potuiſſe omnia ab eadem manu eſſe profecta, ſed plurium, diverſi ingenii hominum, labores facile inda-

gabis. Quid disſimilius, quam Libri IVti et VIImi tenor, quamvis in pari prorſus argumento verſentur? Uterque poëticus eſt, uterque dogmatica intermiſcet, ſed VIImi tractatio aliquid myſticon, aliquid ab enthuſiaſtico quodam ſenſu peritum habet, quod auctoris ingenium a vulgaribus ſecernit. Lege Jeſu hiſtoriam in Libri Imi, lege eandem in 8vi fine, et licet unus alterum ſupplere videatur, in hac nativum quid, facetum et loquax animadvertes, quod in illa non reperies. Sunt multa effata, plures verſus et interdum verſuum ſeries, integra adeo oraculorum argumenta, ter, quater vel pluries in variis libris repetita, id quod unus, ſi fuiſſet totius operis auctor, vix ſibi permiſiſſet. Cum Libri primi initio Noachi, Libri tertii, Rheæ natorum hiſtoria, illa narrationi Moſaicæ convenienter, hæc cum omnibus mythologiæ ethnicæ ambagibus ambitioſe exponatur, credemusne eidem narratori placuiſſe in utraque relatione æque operoſe verſari? An putabimus unum pictorem eſſe, illum qui Libri IIdi v. 125 ſequ. ultimum judicium ſic delineavit, ut oſſa, carnes, nervos, venas, pellem crinesque ipſos illos quos homo his in terris habuerit, artibus redituros (non ſine lectoris nauſea) aſſerat; alterumque, qui ultimis L. Vti verſibus univerſæ rerum turbationis partem facit, quod ſol, luna et ſidera in pugnam ſe-

cum

cum invicem mittantur, atque hanc corporum coelestium digladiationem cum mira astronomica eruditione per viginti ferme lineas persequitur, nec antè finit, quam ἀνάστερος αἰθὴρ evaserit.

Singulos quoque libros magis spectandos esse ut oraculorum a pluribus profectorum collectionem, quam ut continuum poëma ab uno vate profectum, attentior eorum lectio quemque docebit. Uno id alteroque exemplo ex L. III et Vto age ostendamus. Ex Libro IIItio sumemus duo loca Gog et Magog nuncupantia; unus est, praecedente Ægypti, sequente Libyæ commemoratione y),

L. III. 257. Αἱ ἀὶ σοι χωρα Γωγ ἠδε Μαγωγ μεσον ὄσα.
Ἀιθιοπων ποταμων, ποσον αἱματος ἐκχυμα δεξῃ
Καὶ κρισεως οἰκησις ἐν ἀνθρωποισι κεκλησῃ,
Καὶ πιεται σὰ γαια πολυδροσος αἱμα κελαινον.

Alter locus, cui praemittitur Thraciæ et Galatiæ, subjungitur Lyciæ, Musiæ, Phrygiæ et Pamphyliæ mentio z),

L. III. 450. Αἱ ἀὶ σοι Γωγ, καὶ πασιν ἐρεξης ἀμα Μαγωγ
Μαρ-

y) p. 240.
z) p. 259.

Μαρσων ηε Δαγων, ὅσα σοι κακα μοιρα πελαζει.

Meminit Apocalypſeos lector, nominari Gog et Magog cap. XX, 8. ubi ad conſummandam Chriſtianismi victoriam victo Judaismo atque Ethnicismo repræſentatur ultimum Satanæ adverſus divinam religionem tentamen, ſed quod igne coelitus dejecto prorſus proſternitur; ἐξελευσεται πλανησαι τα ἐθνη τα ἐν ταις τεσσαρσι γωνιαις της γης, τον Γωγ και τον Μαγωγ, συναγαγειν αὐτους εἰς πολεμον, ὧν ὁ ἀριθμος ὡς ἡ ἀμμος της θαλασσης. Notarunt Apocalypſeos interpretes a), Gogitas et Magogitas fuiſſe populis orientalibus fere eosdem, qui Græcis eſſent *Scythæ* h. e. populos in terris Aſiæ borealis parum cognitis adeoque remotiſſimis ſedem habentes, qui diverſis temporibus, prouti terra latius patere inciperet, non poſſent non diverſi eſſe. Putaverat *Bochartus* b) per Magog intelligendum eſſe populum Sarmatiæ Aſiaticæ juxta montem Caucaſum habitatorem. *Michaëlis* vero priſcos geographos Syriacos ſecutus c), Magogitas ultra mare Caſpium in Choraſani,

a) *Eichhorn* Comment. in Apocal. Johannis. Götting. 1791. 8. P. 2. p. 291.

b) Geograph. ſacræ L. III. c. 13.

c) in *Aſſemanni* Biblioth. orientalis T. III. P. 11. p. 16. 17. 20. *Michaëlis* Spicileg. Geograph. exteræ Part. I. p. 24. ſequ.

raſani, Chorasmiæ, Balkiæ et Buchariæ regionibus ponit. Diſertum unius Sibylliſtæ effatum Gog et Magog in Aethiopia quærentis, (quod imprimis Bocharrum immenſæ et exquiſitæ eruditionis virum fugiſſe miror) perquam notabile eſt; non tamen id ideo hic affeſimus, ut aliquid de re adeo obſcura decidámus, ſed ut obſervetur, pellucere in pericopis Libri IIItii a versu 233 ad v. 639 triplex oraculum, nempe 233-338, 339-427, 428 639, tresque diverſos auctores. Rationes, quæ mihi id perſvaſere, ſunt: a) præſagii de Gog et Magog verſuum vix 200rorum intervallo repetitio, quæ in vate iſta continua ſerie canenre vix poterit ſtatui. b) diverſus ſitus Gogitis et Magogitis in his oraculis adſignatus, cum unum illas genres ad Aethiopiam ableget, alterum eas populis Aſiaticis accenſeat. Prius qui fecerit præter iſtum Sibylliſtam novi neminem; poſteriorem ſententiam tuentur plures priſci ſcriptores, Plinius ex. gr. qui Bambycen ſive Hierapolin a Syris conditam, et ab iis Magog appellatam teſtatur d); et cum Plinio feciſſe Sibylliſtam, ſectionis 428-639 auctorem, inde concludo, quod numinis Philiſtæi Dagonis (nam Δαγων Cod. Reg. auctoritate nixi ruto legi-

d) *Plinius* H. N. L. V. c. 23. Coele habet Apameam --- Bambycen, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Magog.

legimus) nomen verſu proximo occurrit. c) Epiſodion de multarum regionum urbiumque Aſiaticarum excidio, quod verſibus 339-427 circumſcribitur, puto propriam ſectionem efficere, auctoremque habere non ſolum a proxime præcedentium et ſequentium concinnatoribus, ſed cunctis reliquis Sibylliſtis diverſum; nam ex omnibus hiſce vatibus is unus ſolusque eſt, qui locorum, de quibus canit, ſitum, (ſive auditorum lectorumve gratia ſive ob alias nobis ignotas rationes) brevibus ſed idoneis ductibus, e) delineatum addidit.

Librum Vtum unius auctoris opus eſſe, nemo, qui eum attente legerit, ſtatuere poteſt. Repetitæ per vices declamationes contra Alexandrum Magnum, Ægyptum et imprimis Memphin, Judæam, Italiam atque Romam; præcipue vero quadruplex Neronis intra modicum verſuum 400 ſpatium commemoratio, ſuſpicari cogunt, ſimilis argumenti oracula a collectore quodam in unum volumen juncta hic reperiri. Ut in Neronianis ſubſiſtamus, ſunt ea certe tanti, ut, cum Apocal. XIII, 3, et Sibyll. IV, 116-121. collata propriæ disquiſitionis materiam ſuppeditare poſſent. Nunc ea delibabimus, quæ, quo modo Sibyllina noſtra confecta fuerint, illuſtrare queant. Monue-

e) ex. c. *Cyzicus* δικεφαλα προποντιδος, *Rhodus* ἡμιρια θυγατηρ, *Trallis* ἡ γειτων Ἐφεσου appellatur.

nuerunt viri docti Apocalypſeos verba XIII, 3. Καὶ [εἰδον] μιαν των κεφαλων αὐτȣ (beſtiæ marinæ 7 capitibus et 10 cornibus inſtructæ) ὡς ἐσφαγμενην εἰς θανατον· καὶ ἡ πληγη τȣ θανατȣ αὐτȣ ἐθεραπευθη, explicanda eſſe de Nerone, quem juxta Sueton. c. 40. et 57. Tacit. Hiſt. II, 8. et Dionem Caſſ. 64, 10. f) multi non occiſum eſſe, ſed ad orientem fugiſſe credebant, inde duplo quam antea ſæviorem rediturum. Quæ alii auctores modo innuunt, Sibyll. L. V. luculentisſime præſagit. Verum cum magna diverſitate Sibylliſtæ Neronis mentionem faciunt. Pauca atque hiſtorica ſunt, quæ leguntur g) L. IV. 116. Καὶ τοτ' ἀπ' Ἰταλιης βασιλευς μεγας ἀια
τε δρατης
Φευξετ' ἀφαντος, ἀπιστος, ὑπερ
πορον Ἐυφρητοιο,
Ὁπποτε δη μητρωον ἀγος συγεροιο Φονοιο
Τλησεται, ἀλλα τε πολλα κακη συν χειρι
πιθησας. - - -

Longe fortius vividiusque ſe exprimit auctor h) initio

Libri

f) vid. *Richhorn* ad Apoc. XIII, 3. imprimis *Reimarum* ad Dionem T. II. p. 1056, §. 57; neuter tamen Sibyllinorum meminit.

g) p. 295.

h) p. 303.

Libri Vti v. 28. Πεντηκοντα δ' ὁς τις κερεην (initiėlem lit. N) λαχε, κοιρανός ἐσαι,
Δεινος ὀφις, φυστων πολεμον βαρυν, ὁς ποτε χειρας
Ἡς γενεης τανυσας ὀλεσει, και παντα ταραξει, (matricida)
Ἀθλευων (in ludis muſicis certans) λαον κτεινων, και μυρια τολμεων·
Και τμηξει το Δϊϊθμον ὑδωρ, Ἀθωτε παταξει·
Ἀλλ' ἐσαι και ἀϊσος ἐλοιιος, ἐιτ' ἀναχαμψει
Ἰσαζων θεω ἀυτον· ἐλεγξει δ' ὅ μιν ἐοντα.

Duo loca quæ in eodem libro ſe ſequuntur i) v. 140-157 et v. 257-262, proprium et a nuper laudatis (quæ gravi ſimplicitate dicenda exprimunt) differentem ſpirant indolem, quippe quæ aliquid comici vel ſatyrici habeant, quod provocaverat imperatoris Romani viliſſimis ludicris indulgentis cogitatio. Prohibet quidem amborum carminum, eadem magna ex parte vaticinantium, vicinia, ne utrumque eodem tenore pronuntiata credamus; jubet forte, ut diverſos ſumamus vates, ſed jubet ſimul, ut aliqua ingenii affinitate junctos putemus, licet in ejusdem ſcurrilitatis expoſitione aliquantulum divergentes.

Multo

i) p. 312 et 319.

Multo ſane cum ſale erumpit unus: v. 140: Ἑλλάδα την τριταλαιναν ἀναϊξουσι (ſic lego) ποιηται ↄ: miſeram Græciam inundabunt poëtæ, et v. 155, quem jam allegavimus, τουτου γαρ φαινεντος, ἡ κτισις ἐξετιναχθη ↄ: naſcente Nerone ſtupebat orbis; verum tamen magis adhuc poëtica cenſebitur pericopa v. 217-262, quæ et dramatica eſt, et reperitum offert epiphonema: Ἀρχη και καματοιο, και ἀνθρωποις μεγα τερμα Βλαπτομενης κτισεως, και σωζομενης παλι μοιρης; ut, niſi grandem illum et evectum haberet exitum, Jeſum (quantum quidem ſubobſcuram eloquii granditatem intelligere licet) cum Joſva ſolem inhibente comparantem, dicerem eam fere talem Neronis, qualem Claudii in Apocolokynthoſi Seneca dedit, exagitationem continere. Aliam denique et ſeveriorem, Commodi forte tyrannide ſubtriſtem, animi affectionem produnt verſus k) in 4to libri loco occurrentes:

L. V. 364-73. Ἐσσεται ὑστατιω καιρω περι τερμα σελήνης
Κοσμομανης πολεμος, και ἐπικλοπος ἐν δολοτητι.
Ἡξει δ' ἐκ περατων γαιης μητροκτονος ἀνηρ,
Φευγων ἡδε νοον, ὀξυ σομα μερμηριζων,
Ὁε

k) p. 331.

Ὅε πασαν γαιαν καθελει, και παντα κρα-
τησει,
Παντων δ' ἀνθρωπων Φρονιμωτερα παντα
νοησει,
Ἧς χαριν ὠλετο τ' ἀυτος, ἑλει τ' ἀυτην
παραχρημα,
Ἀνδρας τ' ἐξολεσει πολλους μεγαλους δε τυ-
ραννους.
Παντας τ' ἐμπρησει, ὡς δηποτε ἀλλος
ἐπ'οιει.
Τους δ' ἀυ πεπτηωτας ἀνορθωσει δια ζηλον.

Verba ſic intelligo, ut credam innui eam opinionem, fore ut Commodi immanitas finiretur redeunte ab Euphrate matricida Nerone. Hunc quidem crudeliter ſæviturum, ſed neceſſe eſſe, ut miſeria et oppreſſio ad ſummum velut culmen veniret, quo proſperitatis mox ſecuturæ magnitudo tanto vehementius ſentiretur. Quis iſte ἀλλος v. 472 ſit, nemo, quantum ſcio, expedivit. Conjectavi inſigniri Commodum; quod ſi ſumitur, aliquantum adjuvatur eorum ſententia, qui v. 399-400 de templo Veſtæ ſub iſto imperatore incenſo explicant. In loco tamen multis nominibus obſcuro id in medio relinquere, quam certo decernere, malo. Verum quod hic volumus effectum eſt, jubere nempe oraculorum Libro Vto

com-

comprehenſorum interiores rationes, ut eorum pleraque a diverſis auctoribus orta exiſtimemus.

Quod ex librorum mutua et cum ſingulis ſingulorum partibus comparatione elucet, id ſpecialium judiciorum et repræſentationum, hic illic obviarum, diligentior disquiſitio etiam docebit. Ex hoc genere unum et item alterum exemplum afferemus. Bis in libris noſtris de Imperatore Hadriano ſententia fertur, ſed ſibi repugnans, ita ut eum unus auctor laudet, alter vituperet; idque discrimen eo certius diverſorum vatum indicium eſt, cum pareat, unum, licet altero uſum, tamen ab eo diſſenſiſſe.

L. V. 45. l) - - - μετ' αὐτον (Trajanum) δ' ἀλλος ἀναξει
Ἀργυροκρανος ἀνηρ· τω δ' ἐσσεται ὄνομα πουτου (Adriæ)
Ἔξαι και παναριστος ἀνηρ, και παντα νοησει.
Και ἐπι σοι παναριστε, πανεξοχε κυδαλιμοιτα,
Και ἐπι σοισι κλαδοισι τα δ' ἐσσεται ἡματα παντων.

L. VIII. 52. m) Ἐσσετ' ἀναξ πολυκραινος, ἐχων πελας ὄνομα πουτου,

Koσ-

l) p. 304.
m) p. 367.

Κοσμον' ἐποπτευων 'μιαρῳ ποδι, δωρα
ποριζων,
Χρυσον μεν παμπλειστον ἐχων, και ἀργυ-
ρον ἐχθρον
Πλειονα συλλεξας, και γυμνωσας ἀναλυσει,
Και μαγικων ἀδυτων μυστηρια παντα με-
θεξει,
Παιδα θεον δεικνυσει, ἁπαντα σεβασμα-
τα λυσει,
Κ'αξ ἀρχης τα πλανης μυστηρια πασιν
ἀνοιξει·
Ἀιλινος ἐκτοτε καιρος, ὁτι λινος (λιβος) ἀυ-
τον ὀλειται.
Και τοτε δημος ἐρει μεγας ὠν κρατος· ἀσυ
πεσειται,
Ἐιδως ἐυθυ το μελλον ἐπερχομενον κακον
ἡμαρ.
Και τοτε πενθησουσιν ὁμου, την σην προ-
βλεποντες
Οἰκτροτατην μοιραν πατερες και νηπια τεκ-
να.

Lepidum eſt ad obſervandum, quomodo, quem unus optimum appellat virum, eum n) alter ob rapiditatem, largitiones, rerum chymicarum, magicarum et myſticarum ſtudium atque turpem Antinoi amorem alia-

n) diſtento aqua abdomine mortuum.

aliaque reprehendat; cæterum priori auctore uſum eſſe poſteriorem, tanto minus dubium eſt, cum uterque non ſolum a cana cæſarie Adriaticique appellatione incipiat, ſed eadem quoque (quæ ſupra citavimus) de Antoninis Hadriani ſucceſſoribus, ille uno, hic duobus verſibus, ſubjuncta habeat.

Verum nil fortaſſe magis auctorum, quibus Sibyllina debentur, diverſitatem oſtendit, quam generationum (γενεων), per quas orbis terrarum duraturus putaretur, varia in his libris computatio. Res ea multis ſalebris obſita eſt, et, ſi in juſta luce ponenda eſſet, ſingularem nec brevem disquiſitionem poſceret. Hic vero cogimur intra paucas obſervationes nos circumſcribere, memores, non niſi eatenus illam tractandam, quatenus rationem, qua hi libri ſint compoſiti, illuſtrent. En itaque ſat multas varietates: a) Liber Imus 5 γενεας ante diluvium numerat, Noachicam periodum in 6ta ponit. Cum plures non addiderit o), haud certo dicere poſſumus, quot omnino γενεας ante Meſſiæ adventum exactum iri ſumſerit; ſuſpicamur tamen eum cum ple-

o) v. 399. videri poſſet δευτερον γενος de Titanibus adhibitum his obeſſe; ſed γενος non opus eſt de γενεα ſumere; et ſi vel ſic ſumendum eſſet, hypotheſi noſtræ non noceret, cum a v. 382 aliud oraculum ethnico-Chriſtiano auctore incipere ſtatuamus, prius contra v. 92-381 vati Judæo-Chriſtiano tribuendum cenſeamus.

plerisque XII γενεας (Mesſiana ſimul computata) ſtatuere, quarum diſtributio varie quidem informaretur, ſed ita tamen, ut ea, in qua auctor viveret, XIma eſſet vocanda. b) Ut locum cæteris clariorem ob oculos habeamus, apponimus illum, qui legitur p)

L. IIus. 18-20. Ὅυτος (Deus) μοι μαϛιγα δια φρενος ἠλασεν ἐισω,
Ἀνθρωποις ὅσα νυν τε και ὁπποσα γινεται αὐθις,
Ἐκ πρωτης γενεης ἀχρις ἐνδεκατης ἀφικεσθαι.

tanto quidem commodiorem, quo magis L. IVtus oraculum unum integrum exhibet, brevique conspectu orbis fata a rerum initio, usque ad tempus quod exſpectaretur Mesſianum percurrit. Hic vero auctor, in primis γενεαις ab iſto L. Imi vate diſſentiens, Aſſyriis 6 q), Medis 2, Perſis 1, et, ut quidem videtur, Macedoniæ 1, Italiæque 1, adſignat. Recte nos hujus vatis calculum aſſecutos, docet v. 86-87, ubi decima ætate Perſæ ſervitium ſubituri dicuntur.

Ean-

p) p. 287.

q) videri poſſent v. v. 48 et 50 ſic inteliigendi, ut ab orbe condito ad Aſſyric. regnum incl. 6 γενεαι lapſæ fuerint; quo poſito minor foret ab iſto L. 1mi oraculo discrepantia; verum a γενεαι Medico regno tributæ id minus probabile reddunt.

Eandem computationem, quoad Macedoniam saltem et Italiam, suam fecit L. VIII, v. 199, sic habens: Αλλ' ὁταν ἡ δεκατη γενεη δομον ἀιδος εἰσω, Θηλυτερης (Romæ) μετεπειτα μεγα κρατος. c) Nec vero deerant, inter Sibyllistas nostros, qui posteriores γενεας ad tempora adeo recentia detruderent, ut, si congrue ratiocinari vellent, credere deberent, Messianum adventum per multa secula retardatum iri. Ita auctor pericopæ valde mutilæ, mala ultimi temporis felicitatem præcessura describens L. VII, 138-139 r). Εν δε τριτω κληρω περιτελλομενων ἐνιαυτων Ογδοατης πρωτης, αλλος παλι κοσμος ὁραται; in quo loco, forte corrupto, vix operæ pretium est longe morari. d) Erant alii, qui pro XII γενεαις modo VI sibi informarent, tributis cuique mille annis, jamque calculum inirent, quot ex his exactæ jam essent, quotque agendæ superessent s). Uti priores adventus

r) p. 359.

s) De his computationibus egit *Semlerus* in libro: Versuche einer neuen Beobachtung über die Verschiedenheit der Zahlen vom Alter der Welt nach der griechischen Uebersetzung. *Corodi* quoque in libro: Geschichte des Chiliasmus, T. I, passim de his disseruit. Quod creatio per 6 dies duraverat (quippe 7mo quievisse Deus legitur) credebant plerique Judæi, cum 1000 anni in libris poeticis V T. coram deo non nisi unus dies

tus Mesſiani initium in δωδεκατῃ γενεῃ, ita hi ſextæ annorum milliadi ceu VItæ γενεῃ regnum Mesſianum adſignabant. Cum his facere videtur L. V, v. 461, qui poſt acerbas in Romam declamationes ſubjicit: Ἔσται δ' ἐν πεμπτῃ γενεῃ - - - - Κοσμοκαρης πολεμος. e) His accedit eorum, qui nullas γενεας accurate animo concipiunt, computatio. Talium, qui δευτερον, τριτον γενος a creatione inde varie numerant, exempla in ſequentibus occurrent. Verum hic haud opus eſt eos longe memorare.

Cum ita multis argumentis evictum dederimus, opus, in quod commentamur, multorum, et quidem valde diverſorum, auctorum eſſe, facile patet, nec unam patriam, aut unum locum omnibus oraculis tribuendum. Recte tamen contendi poſſe autumamus, Aſiam, imprimis Phrygiam, plerorumque carminum natale ſolum eſſe. Id ſentiebant, qui Montanum fingebant horum foetuum patrem. Nimirum qui in auctore eos fefellerat ſenſus, in loco divinando eos non prorſus fefellit. Omnes fere paginæ oſtendunt, ad Aſiæ regiones, inſulas, oppida, monumenta, ærumnas, iſtos vates frequenter referri; et plerique libri Phry-

dies ſint, per 6000 annos duraturum eſſe orbem, quorum ultima Χιλιας ſit Mesſiana. In numero XII, forte Judæi v. duodecim tribus, v. XII diei horas argute cogitaverant.

Phrygiam, quidam plus quam ſemel memorant. Phrygia ex aquis prima emerſiſſe dicitur. Propter Kibotæ oppidi Phrygici compellationem, Noachi navis in Phrygiæ monte hæſiſſe narratur, oraculique de diluvio auctor montem Ararath in Phrygia ſecure quærit. Ipſum Jovem in Phrygia fuiſſe enutritum L. III diligenter obſervat. At quid multis opus? Inſpiciat Lector L. I, 287. L. III, 78. 143. 339. L. VI, 133. VII, 11-14, nec dubitabit multos horum carminum confectores ab iſta regione repetere. Sed Alexandrinos quoque aliquot ex his vatibus fuiſſe, ſuſpicari jubet cum frequens Ægypti et præcipue Memphidis commemoratio, tum ingenua, et in quibusdam exquiſita eruditio, quæ in his libris ubique pellucet. Obſervamus in oraculis multa, quæ Judæo-Chriſtianos indigitare videantur, vel quia ideas Judæis adamatas urgeant, vel quia non ſine partium ſtudio de hac gente ceu aliis præſtantiori judicent; ſed obſervamus quoque plurima Ethnico Chriſtianos teſtantia, veluti maximam cum profanis ſcriptoribus familiaritatem penitioremque mythologiæ et hiſtoriæ gentilium cognitionem; at in utroque auctorum genere reperimus, quod tam prisco æræ Chriſtianæ ævo ſatis infrequens, ſingularem ingenii cultum, cum magna in ſentiendo liberalitate amicisſime conſpirantem.

Supra ex Celso apud Originem notavimus, quod seculi secundi initio Christiani, qui sua de rebus evenientibus vel eventuris judicia et præsagia sic secum invicem communicabant, ut Sibyllarum ore ea proferri fingerent, *Sibyllistæ* a nonnullis fuerint appellati. Curni hanc nuncupationem, quam Origenes haud reprobat, adoptabimus, cum talium vatum negotia bene exprimere videatur? Equidem in hac disquisitione istam appellationem perpetuo adhibere tua Lector Benevole venia sustinui. Cum usus nominis et personæ Sibyllarum non esset nisi involucrum, quo res et gravissimæ et pientissimæ vestiebantur, valde mirum est, nomen, quod antiqvitatem Christianam non offendebat, tot dein turbas excitare, tantam invidiam hisce libris conflare potuisse. Scio, viros maximi in historia ecclesiastica nominis, statuere t); "propositum fuisse cuidam Christiano, sociis forte adhibitis, sub Antonino Pio Libros VIII Sibyllinorum carminum componere, vaticinationum de Christo rebusque ejus plenos, ut rerum imperitis persuaderet, Sibyllam adventum Christi, ecclesiæque ortum et progressus, Noachi jam temporibus cecinisse." Contendêre alii u) eos concinnatos fuisse ad con-

t) *J. L. Moshemii* de rebus Christianorum ante Constantinum Magnum Commentarii. Helmstadii 1753. p. 229.

u) *Fabricius* Biblioth. Gr. T. I. p. 281. ed. Harles.

confundendos ethnicos. Neutrum poterit vel veteris ecclesiæ testimoniis vel ex ipsis libris probari. Celsi objectiones nos perbene dijudicare possumus, cum sat multum ex istis libris supersit. Quod habemus, manifeste ostendit, falsum esse quod Sibyllistæ sua inseruerint veterum Sibyllarum oraculis. Ne harum quidem effata suis carminibus admiscebant, nisi admodum parce, et quatenus repræsentationis, semel adoptatæ, probabilitas poscebat. Sed si fraus dicenda est, quod aliquis alterius sive vatis sive cujuscunque personam induit, vereor ne multa, quæ in poësi maxime movent animosque dramatica expositione afficiunt, prorsus tollantur; certe, si ad hanc normam vel V. T. prophetas vel Apocalypsin exigas, summam vel præstantissimis libris feceris injuriam. Sciebat Christianus quisque in coetu præsens, quo oculo talia essent consideranda; scripta erant auditoribus non rudibus, sed bene formatis cultisque, nec librorum culpa est, si præposstera quorundam pietas, eos ultra vel aliter quam vellent venerare-tur. Non dubium est, quin fuerint inter Sibyllistas homines, quibus humanitus quid acciderit, quique ad fraudem et offucias optimo instituto fuerint abusi; sed valde paucos tales fuisse, et ingenua horum auctorum universe formatio spondet, et librorum quos ab iis profectos legimus omnis ratio docet. Detex-

isse

isse mihi videor in Sibyllinis locum x), qui probet, quantopere Sibyllistæ ab istis præstigiis abhorruerint; atque non obscure innuit ille vates, ejusmodi artes a Judaizantibus fuisse exercitas. Verum idem disserte declarat, vehementes animi angores olim eos manere, siqui talia lucri causa sibi permiserint.

L. VII, 131-32. Καινοι γαρ τλησονται αγαν πονον, οι
δια κερδος
Αισχρα προφητευσουσι, κακον χρονον αἰδαινοντες·
Οι μεν δατσαμενοι προβατων λασιοτριχα ῥινα y)
Ἑβραιοι ψευσονται, ὁ μη γενος ἐκλαβον αὐτοι.

In tota collectione non nisi unum est episodium, quod aliquam de fraude suspicionem excitare possit, id scilicet, ubi Sibyllista Homerum vatem exagitat, eumque surreptæ Sibyllis sapientiæ incusat. Meretur illud hic adscribi z).

L. III, 358-70. Και τις ψευδογραφος πρεσβυς βροτος ἐσσεται αὐθις
Ψευ-

x) p. 359.

y) In Jeremia XXVIII, 10. quem respici putat *Fabricius* p. 27', nil quod huc faciat, invenio. Forte modo Hebræorum in sacrificiis curandis religiositas spectatur.

z) p. 251.

Ψευδοπατρις δυσειδεα φαος ενοπησιν εν
ηϊσιν,
Νουν δε πολυν και επος, διανοιας τ' εμμε-
τρον εξει,
Ουνομασιν δυσι μιγνομενον. Χιον δε κα-
λεσσει
Αυτον, και γραψει τα κατ' Ιλιον, ὰ μεν
αληθως,
Αλλα σαφως, επεσιν γαρ εμοις, με-
τρων δε κρατησει.
Πρωτος γαρ χειρεσσιν εμας βιβλους ονο-
μηνει.
Αυτος δ' αυ μαλα κοσμησει πολεμοιο κο-
ρυσας,
Εκτορα Πριαμιδην, και Αχιλλεα Πη-
λειωνα,
Τους τ'αλλους, οπποσοις πολεμηια εργα
μεμηλε,
Και γε θεους τουτοισι παρισαθαι γε
ποιησει
Ψευδογραφων κατα παντα τροπον, μερο-
πας κενοκραιρους.
Και θανεειν μαλλον τοισι κλεος εσσεται
ευρυ
Ιλιον· αλλα και αυτος αμοιβοια λεξεται
εργα·

Ab iſto faſtigio, in quo Sibylla Noachitica repræſentanda erat, lubricum ſane fuit inde in futurum orbem, futuros quoque vates ſic proſpicere, ut non ſibi ipſa nimis tribueret. Abit ergo me judice omnis res ad æſtheticum, quem vocant ſenſum, ſive ad quæſtionem: nonne hicce autor ſuis, quatenus Sibyllam repræſentaret, partibus nimis indulſerit. In quo ſi forte errarit infelicior quidam vates, non mox impoſtor erit dicendus. Sed ſi vel fraudem aliquam ſeverior quis in iſtis verſibus odoraretur, ille locus tamen, quippe in ſuo genere unicus, magis ad Sibylliſtarum ſinceritatem adſtruendam faciet, quam ad eandem labefactandam.

Atque ſic inter multos ſequentium ſeculorum turbines derivata ad nos venit oraculorum compages, pietatis Chriſtianæ inſigne monumentum. Nullum novi (præter ſacrum Codicem) volumen, in quo magis omni ſuo ambitu impleta ſint, quæ Paulus in priore ad Corinthios Epiſtola a Chriſtianis in coetus ſuos conventuris requirebat; ὁταν συνερχεσθε (ſcribit c. XIV, v. 26), ἑκαστος ὑμων ψαλμον ἐχει, διδαχην ἐχει, γλωσσαν ἐχει, ἀποκαλυψιν ἐχει, ἑρμηνειαν ἐχει· παντα προς οἰκοδομην γενεσθω. Si γλωσσας, quibus hic non locus erat, excipias, reliquorum multa per omnes hos libros videbis exempla. Nunc verſantur Sibylliſtæ in hymnis ſacris (ut L. VI et plu-

ries)

ries) cum coetu communicandis; nunc in pericopis hiſtoriæ vel Veteris vel Novi Teſtamenti (v. c. de Noa, Moſe, Jeſu, Johanne Baptiſta) excutiendis et auditorum animo admovendis; nunc in docendo, videlicet partim in præceptis de Deo evectisſima ratione cogitando colendoque, et virtute per egregias gnomas inculcanda, partim in ſpe et metu quos adventus Meſſiani exſpectatio provocabat, exponendis atque temperandis; nunc denique in ἀποκαλυψει ɔ: divinationibus præſagitionibusque proponendis, quas vel nationum univerſe hiſtoria et eventa, vel Chriſtianorum fata, in tantis eorum temporum ærumnis, homini ſive retrorſum ſive antrorſum cogitanti ſeſe ultro offerebant. Ipſa coetus Chriſtiani conditio faciebat, ut meditationibus ex ultimo genere maxime occupari amaret; quare in locis, quæ his libris natalia erant, ejusmodi Sibylliſtarum ad eccleſiæ οικοδομην ſymbolæ ſumma cum attentione audiebantur et auditæ deinceps colligebantur. Cunctarum ergo quatuor partium, quibus coetus Chriſtiani commoda adjuvare jubebat Apoſtolus, tractatio in hacce noſtra compage pellucet, non unice epiſodica, ſed ita ut ſingulæ ſingulas minores collectiones effeciſſe videantur, unde dein in hancce majorem migraverint. Sic Gnomicam ſyllogen ſuboleo in multis ſententiis hic illic

cumu-

cumulatis a), inque Phocylideis L. VIII ſubjectis, ſed quæ Codex Regius Pariſienſis ipſi textui (L. II. inter v. 55 et 56) inſeruit; hymnorum ſyllogen in L. VI, in acroſtichide et aliis ſupra indicatis video; acroamatum de Deo ſyllogen in L. 1mi initio et ultima libri ſecundi parte, cui præfigitur titulus ἐκ τῶ δευτέρω λογω περὶ θεω, animadverto. Oraculorum ſub Sibyllæ perſona prolatorum maximus erat numerus, ideoque ex iis tota, quæ ſenſim concrevit, ſymbolarum οἰκοδομὴ Chriſtianorum in Aſia inſervientium coagmentatio, Sibyllina ſ. Sibylliſtarum oracula deinceps fuit nuncupata.

II.

Periclitabimur hanc oraculorum collectionem critice luſtrare, ita ut, dum ſingulorum argumentum adferamus, ea inter ſe invicem diſtinguere et ad ſuam quodque claſſem revocare ſtudeamus. Hoc enim niſi feceris, non recte ea dijudicare aut juſtum vel ſingulis, vel junctis, pretium tribuere poteris. Rem aggredimur lubricam multisque preſſam difficultatibus; nam tanta eſt textus multis in locis obſcuritas et vitiatio, tot loca ſunt confuſa, commixta

atque

a) talem locum de avaritia L. VIII. 17-36 in Introductione exhibuimus.

atque multifariis obſita ſalebris; ut nulla, niſi a novis forte codicibus, certa medela illis poſſit admoveri. Accedit, quod ex paucis, qui in hos libros habentur, commentatoribus unus alterque in ſingulis verſibus aliquid tentavit, nemo autem totum oraculorum tenorem vel mutuum nexum diligentius examinare molitus eſt. Si itaque non omnes tricas expedire, nec ubique rem acu tangere contigerit, in labore adeo arduo intra ſpem veniæ nos peccaturos ſperamus. Prodibunt octo ſua ſerie libri, et inveſtigatis, quæ in ſingulis ſe offerant, variorum oraculorum indiciis, ubi quodque incipiat, ubi deſinat, anquiremus; ex quo genere et quale ſit, videbimus; quidque collectorem induxerit ad locum in quo legitur ei adſignandum, qua res feret, differémus. Ambulationem Lectori offerimus in horto ſuſcipiendam, ſpinis quidem et ſentibus identidem horrido; verum inter ſpinas pullulare non roſarum modo fragrantiam, ſed lætiſſimam quoque fructuum dulcedinem crebro experietur. Nunc per evectiores colles, nunc per depreſſas valles, inter ſalebroſos interdum anfractus ducetur. Nec itineris moleſtiæ eum poenitebit, dum in areas vario florum fructuumque amoeniſſimorum ornatu veſtitas fere quovis paſſu incidet; et licet interdum variegato et fulgido arearum lumine odorisque ſuavitate magis, quam commoda herbarum diſpo-

dispositione se delectatum animadvertat, licet in tanta arearum copia magis singularum nitorem, quam hortulani in omnium compositione ingenium aut artem admiretur, sic tamen ab ista ambulatione redibit, ut haud pauca se reperisse, quæ oculos animumque pascant, sensusque jucunde adficiant, lubenter fateatur.

Primus Liber in tres pericopas commode dispescitur, quarum prima maxime ex Theophilo Antiocheno petita introductionis loco huic libro ab editoribus præmissa est; reliquæ continent duo oracula vix ejusdem auctoris, nec una serie recitata, sed non nisi collectoris, certas tamen rationes sequentis, arbitrio conjuncta.

1) Pericopa, quæ vv. 91 priores complectitur, tribus constat sectiunculis 1-35, 36-84 et 85-91. Omnes partes erant λογου περι θεϐ, qualis in librorum nostrorum titulis semel iterumque nominatur, nimirum collectionis symbolarum, quas Sibyllistæ secum invicem communicaverant, pertinentium ad explicandas Dei, qualem Christiani colerent, naturam et virtutes, imprimis, quatenus ille vanis et inertibus gentilium idolis opponeretur. In prima particula Dei majestas, ultra mortalium captum longe evecta, potentia atque unitas urgetur; in secunda monetur, quam parum cor-

date

date agant, quasque poenas meruendas habeant, qui loco vivi verique numinis serpentes, canes, feles, volucres vel saxa adorent; tertia appendicula est ejusdem ac prima argumenti, et ex Lactantii præcipue auctoritate hic inserta.

2) Primum oraculum a v. 92 ad 381 b) porrigi existimo. Sibyllista, "Οπποσα πριν γεγονεν, ποσα τ' εσιν, ὁποσσα τε μελλει Εσσεσθαι κοσμω δια δυσσεβιας ανθρωπων" expositurus, nunc quidem creationis historiam et quinque mundi ætates ad diluvium Noachicum enarrandas sibi suscepit. Eventum hocce, cum novam rerum seriem induxisset, commodus ei cardo videbatur, in quo narratio tantisper subsisteret. Cum Sibyllæ personam sumsisset, quæ quippe Noachi nurus diluvio supervixisset, phantasiæ admovet, quam felicem tanta miseria superata novus tum orbis se sentire deberet, ideoque hanc 6tam ætatem χρυσειαν deprædicat, finemque oraculo subito imponit.

Vividus ac nativus color, verum et nimia loquacitas in hoc oraculo dominatur. Fundamentum narrationis quidem est Mosaica relatio, sed additamentis partim ex traditione, partim ex propria rei repræsentatione jucunde ornata. Per λογον eun-

b) p. 159 a verbis 'Αρχομενη πρωτης ad p. 185. — δμοιυμφοισιν τε παθουσα.

eundemque αυτολοχευτον Jova mundum creat. Horti amoenitati Evæque per ſerpentem deceptioni (τοδε γαρ τετελεσμενον ἠεν), vates longius immoratur. Prodeunt 5 ætates ex Heſiodo maxime adumbratæ; ſed nec dilucide a ſe diſtinctæ nec commode ſemper depictæ; nam cum jam in 2da γενεᾳ auguria et magiam memorat, patet, quam parum auctor ævi ſui oblivisci potuerit. In 5ta procedit Noachus, virtutis ille et μετανοιας præco rigidior. Interſeruntur et Dei ad ipſum de arca ſtruenda, de intrando atque indidem exeundo juſſa, et ejus ad æquales de emendationis neceſſitate non inficeta, niſi quod nimis operoſa ſunt, alloquia. Subridebit quidem lector quando in tali narratione vel Noachus χρισιν απαντων populariibus minitatur, vel Homericus dictionis tenor in ipſis adeo εννοσιγαιε et νηρεος intermixtione pellucet; nec tamen lectionis eum poenitebit, cum Homerica etiam ſimplicitas plerasque picturas animet; idem vero lector dolebit, tantam ſimplicitatem tortuoſa ἀδδ ex Adam derivatione et ænigmatica Jovæ nominis per cabbaliſticum numerum 1697 (ανεκφωνος) c) explicatione turbari. Inundatio-

c) Præfero hanc *Voſſii* explicationem, quæ cæteris longe felicior mihi quidem videtur. Cfr. *Gallæi* Sibyllinorum editionem p. 116.

dationis terror poëticum ſpirat, placetque ingenuus timor, qui Noachum tam horrenda videntem occupabat.

I. 327. Παντοσε Νωε μορον μορεν ὀφθαλμοισιν ὁραθαι,
Δειμ' ἐχε, και κραδιην παλλεν μεγα, και τοτε δ' ἀηρ
Βαιον σειλαμενος (ἐπειη καμεν ἡμασι πολλοις
Κοσμον ὁλον δευων) διελων τοτε, διατε χλωρον
Ἀιματοεντα πολοιο μεγαντε πυραυγεα δισκον
Δειξεν κεκμηωτα, μολις δ' ἐιχεν Νωε θαρσος.

3) Plures difficultates offert, quod hunc librum claudit, oraculum. Priori proprium erat, quod ſextam γενεαν auream vocaverat, id quod in nullo alio Sibylliſta legitur. Omnia ibi nativo facilique tenore fluebant. Nil ibi legebatur, quod hominem Judæis infenſum teſtaretur; verum potius ea operoſitas, qua protoplaſtorum et deinceps Noachitarum eventa canebat, virum prodebat, ut in Hebræorum codice (ex Græca ſcil. verſione) bene verſatum, ita eodem libenter ſe occupantem. Auctoris, cajus acroama a v. 382 ad Libri finem legimus,

mus, aliquanto alia est ratio. Computationem per γενεας non noviſſe videtur, dum Titanas δευτερον γενος, priore per diluvium conſumto, appellat. Scribendi genus, licet cultum teſterur hominem, difficile, obſcurum et quæſitum eſt. Quam parum Judæis faveat, inde patet, quod dicuntur talpis cæciores, angue magis fugiendi, (v. 461) ex patria exſules vagaturi, multumque lolii cibo mixtum devoraturi. En ſat rationum, cur hunc vatem a priore diverſum exiſtumem!

Finis oraculi nobiliſſimus eſt: præmiſſa introductione, quæ a Titanum inde tempore per ſequentia ſecula raptim lectorem ducat, Jeſum paucis ductibus ita ſiſtere, qualem ejus vita, miracula, mors et poſt mortem religionis fata animo fingere jubeant. Moleſta mox ab initio eſt verſuum primorum incerta lectio et incertior interpretatio. Dum melior dabitur, nos in hac acquieſcemus:

I. 382. Ἀρτι δε αινησω. Εξαι πολυποικιλον ἀνθος
Ἐν συκῃ· μεσασει δε κρονε βασιληϊος ἀρχη,
Σκηπτροφορον θ' ἑξει· τρεις γαρ βασιλεις μεγαθυμοι
Ἀνδρε δικαιοτατοι, μοιρας δε τε δηλησονται.

o: Ad laudandum poſcimur. Erit in ficu variegatus flos (Meſſias). Interim vero regium vigebit Kroni imperium; enimvero tres erunt reges magnanimi, juſti, qui (longa vita) Parcas morabuntur; ſcil. Kronus ipſe, Titan et Japetus, quos inter regnum diviſum eſt. Mittimus tantisper verſus intermedios, ut a v. 415. locum de Jeſu percurramus, qui θεϱ παις Ἡξει σαρκοφορος, θνητοις ὁμοιωμενος ἐν γη. Nomen ejus, ſi literarum vis numerica ſpectatur, eſt: ι, 10. η, 8. σ, 200. ο, 70. υ, 400. σ, 200, ergo 888. (uti beſtia Apocalyptica idololatriam repræſentans Apoc. XIII, 18, numerum 666 continebat). Veniet legem Moſaicam docendo conſummaturus. Interſeruntur jam pauca de Johanne Baptiſta, Herode, Jeſu ab Ægypto reditu, ejusque miraculis, evangelicæ relationi prorſus conſentanea. Hebræorum odio multas poſt contumelias Jeſus interimitur (v. 453-62). Ubi mortuus fuerit (ὁταν εκπεταση χειρας, και παντα μετρηση), orientur tenebræ templumque Salomonis magnum ſignum dabit. Scilicet ad orcum ibit defunctis reſurrectionem nuntiaturus. Poſt triduum vitæ redderetur, evangeliique oeconomiam fundabit, in qua deinceps propaganda Apoſtoli (v. 476 lego cum Fabricio in nota Mſta Στολοι pro Σολοι) pergent.

Poenas poſtea dabunt Judæi, ſubacta Romanis patria per orbem ſpargendi.

Revertimur ad verſus obſcuros 382-414 d), in quibus mirus ille ſaltus, a Titanibus ad Jeſum, ſollicitos habet attentos lectores. Credo equidem me in Libro IIItio inveniſſe fragmentum, quod ibi loco prorſus alieno poſitum, ſi hic inſeratur, violentum illum tranſitum leni medela levare queat. Sunt verſus L. IIItii 137-150 e), qui Titanas primum, dein Græcos, Perſas, Aſſyrios, Ægyptios aliosque populos nominant eaque brevitate eorum vices perſtringunt, quæ hic ſufficiebat ad hiſtoriæ filum a Titanibus ad Jeſu tempora cito deducendum. Poterat quidem alicui in mentem venire, ſectionem illam ex L. III, 46-131 f) de celeberrimis monarchiis hic intexendam; ſed nec idonea adeſt ratio, cur longior illa pericopa ex loco ſuo extrudatur, nec in noſtro oraculo, cujus argumentum eſſe debebat Jeſu hiſtoria, talis exſpectatur eventuum politicorum conſpectus, qui a viro potiſſimum celebrando animi adtentionem avocaret.

Quid

d) p. 183-84.
e) p. 231 lin. ult. et p. 231. l. 1-13.
f) p. 224 l. 7me ad p. 231. l. 7 a fine.

Quid collectorem induxerit ad jungenda hæc duo oracula (nam pericopam initialem editores recentiores Libro præfixerunt), intellectu proclive eſt. Ex orbe priſco Noachus, ex novo Jeſus humanitatis, ille phyſico, hic morali ſenſu reſtauratores erant. Si recte ſe habet noſtra de fragmento Libri IIItii hic inſerendo conjectura, in duplici hoc oraculo brevis generis humani a prima inde creatione ad ſecundam, quæ per Meſſiam fiebat, hiſtoria ſiſtitur.

Libtum ſecundum in ſuas partes diſtribuendi anſam præbent et externa et interna indicia. Codex Regius Pariſienſis Phocylidea, quæ in plerisque editionibus g) L. VIIIvo ſubjuncta ſunt, poſt v. 55 oraculo libri hujus primo intexuit; in eodem, velut quoque in Ranconeti et Pithoei exemplaribus, vv. 1-30 L. IIItii, finem libri IIdi faciunt; tituli denique et Libri IIdi initio et verſui 255 in editionibus præfixi, prior περι ἑλληνων h) και περι

g) In *Gallæi* edit. textui poſt L. II. v. 55 inſerta ſunt. Nos, qui Opſopæum ubique allegamus, hic quoque verſuum ſeriem, qualem Opſop. exhibet, ſequimur.

h) Hocce περι ἑλληνων nil habet, quo referatur: ideoque vel temere additum, vel ad aliquod de Hellenibus oraculum, quod ſuo loco exciderit, pertinere exiſtimandum.

θεϐ, και περι ἁγιωϒ και περι χριστεως, posterior; παλιν εν τω τριτω αὐτης (Sibyllæ) τομω, ταδη φησιν, εκ τϐ δευτερϐ λογϐ περι τϐ θεϐ, licet non prorsus accurati, occasionem tamen exactioris in hoc libro criseos suppeditant. Accedunt hæ ex ipsa oraculorum indole petitæ rationes, præter ultimam περι θεϐ pericopam, quæ specialem sectiunculam constituit: In versu 15 ea γενεα, qua Romæ imperium cessaturum dicitur, vocatur δεκατη, sed dein illud ævum quo falsi prophetæ et Antichristus prodibit, v. 69 ὑστατιη appellatur. Id non bene convenit; nam si hæc pars sunt σηματος v. 34 nuncupati et per vocabula και τοτε cum præcedentibus (ergo δεπατη γενεη) conjuncti, foret decima generatio ultima; quod ab aliquo creditum fuisse nullo, quantum scio, argumento poterit probari. Denique in vv. 34-60 longe aliud ingenium, quam in sequentibus dominatur, licet videatur in vv. 61-121 sermo etiam de σηματι esse debere, et vere sit, cum ea, quæ in his afferuntur, accommodentur ad Jesu de σημειω effata Matth. XXIV, 5 sequ. Faciunt hæc omnia, ut tria huic libro adsignemus diversa oracula 1-60 (cum insertis Phocylideis ad finem L. VIII vulgo positis), 61-254, et 254-III, 30.

4) Ora-

4. Oraculum L. II, 1-60 i), quod cum 93 Phocylideis 150 omnino verſus efficit, videtur ethnico-Chriſtiani hominis eſſe, qui σημα adventum Meſſiæ præceſſurum ſibi lætis coloribus repræſentabat, ceu beneficum ſidus (nam gentiles omnia fere graviora eventa aſtris præſignificari putabant), indicans martyribus præcipue coronam, ipſis ob conſtantiam in perſecutionibus debitam, ſollenniter impertiendam. Hos martyres is ſine dubio cogitavit, qui in libri titulo περι πων αγιων poſuit. Informat ſibi auctor talis actus celebritatem, qualis erat ludorum Iſelaſticorum (μεγας γαρ αγων ισελαστικος ἑσαι v. 39); nimirum uti, qui in certaminibus victores abierant k), triumphantium more in patriam invehebantur, et vectigal de publico accipiebant; ita probatis Chriſtianis ſplendidam remunerationem attributum iri cenſebat. Cum talia præmia piis ex omnibus gentibus Dei cultoribus exſpectanda eſſent, ducitur eo vates ad pietatis ambitum longius exponendum, auditorumque animis admovendum, Gnomas Phocylideas inſerendo, pluribusque verſibus accommodate ad Chriſtianæ doctrinæ ingenium levi mutatione vel additione tem-

i) p. 192-196 ad quintam a pag. fine lineam, et p. 404-413.

k) *Plinii* Epp. 10, 19. *Vitruv.* Præfatio L. IX. *Turnebi* Adverſ. 1, 19.

temperatis. Pulcherrima ſunt, quibus oraculum finitur:

Ὁυτος ἀγων, ταυτ' ἐϛιν ἀεθλια, ταυτα βραβεια,
Τουτο πυλη ζωης, και ἐισοδος ἀθανασιης,
Ἡν θεὸς ὐρανιος γε δικαιοτατοις ανθρωποις
Εϛησεν νικης ἐπαεθλιον· οἱ δε λαβοντες
Το ϛεφος, ἐνδοξως διελευϑονται δια ταυτης.

Quod v. 54 urgetur, omnes humanas animas eſſe numinis donum, judaizantes (qvalis ſequentis pericopæ vates erat) pungere videtur.

5. Oraculum verſus 61-254 l) complexum longe aliud et fere his oppoſitum ſpirat ingenium. Omnia ad amuſim cerebri judaici diriguntur. Pleræque horridæ triſtesque hic prodeunt ad σημα παρϱσιας exprimendum imagines. Pueri jam a nativitate caneſcent; peſtis, fames et bella grasſabuntur. Pro prophetis falſi exiſtent vates. Veniet Belial (Antichriſtus) ſignaque multa edet. Surgent pii, et Hebræi ex oppreſſione emergent. Apparebit Elias, curruque in terras deferetur. Comitabuntur ejus adventum caligo terras opprimens, ignis coelitus miſſi torrentes, cadentiaque ſidera. Elementa in chaos diſſolventur. Jam ſequetur judicium. 5 angeli animas ad tribunal ducent,

l) p. 196-213.

cent, omnibus nervis, compagibus et venis corpori reſtitutis. Titanes quoque et Gigantes eidem ſiſtentur. Judex ſedebit Jova Zebaoth, et in nube Chriſtus cum angelis veniet, ſtipatus Moſe, patriarchis atque prophetis. Per flumen igneum ducentur omnes, probi quidem incolumes; improbi autem (quorum criminum longus datur recenſus) flammeis flagellis igneisque catenis torquebuntur, poenas graviſſimas (τισουσι τοσσον, ὁσον κακον ἠλιτον ἐργον) m) contumaciæ daturi. Pii cum angelorum beneficio luſtrationem ſuſtinuerint, beatitudine, terrenis inaniis non circumſcripta, fruentur. Piorum quaque precibus id dabit Deus, ut improbi cruciatibus tandem eripiantur. Patet, non incommode huic pericopæ κρισεως titulum inſcribi potuiſſe.

Juncta ſunt hæc duo oracula, licet indole diſſimillima, ob argumenti ſimilitudinem. Nobis non injucundum erit obſervare, quomodo iſtud Jeſu de σημειω eloquium varii intellexerint.

Nullo cum hiſce vinculo nexum eſt 6tum oraculum a L. II, v. 255 ad L. III, v. 30 pertingens; docentibus ipſis codicibus particulam illud fuiſſe acroamatis περι θεου, ſed in oraculum tamen excuntis. Poni quoad argumentum inter duo pri-

m) V. 211. p. 211. l. 3.

priora poterat; nam tangit ea quæ χρίσιν proxime antecedere deberent. Vates numine plenus palpitare ſe fatetur præſagiis concuſſum. Ab evectiſſimis de deo qui Logum, qui terrarum orbem, qui tetragrammaton Adamum creaſſet n), ſententiis incipiens, contra idololatras, animalia vel res adeo inanimatas colentes, uti quoque in vitia qualia tum regnabant avaritiæ, perfidiæ, furtivumque amorem invehitur. Prædicit Romæ (his ſceleribus ſcatentis) interitum non longe abfuturum; fore nempe inter Auguſtos unum Belialem; ſub laſcivæ mulieris (myſticæ Babylonis ɔ: Romæ) dominatione orbem gemiturum; ſed jam jamque venturam magnam rerum converſionem; terram coelo, aquam igni miſcendam, donec tandem judicium divinum ſequatur.

Tertius Liber valde confuſus viris doctis viſus eſt. Corodi breviſſime hac ipſa de cauſa ejus argumentum abſolvit o); nec Fabricius p) de nexu ſingularum partium conſtituendo valde ſollicitus fuit. Multa itaque ad disquirendum ſuperſunt. Omnibus diligenter perpenſis VII ei ineſſe reperientur

n) — — *συνιξε πλημμυριντα Αντελιην τε θυσιντε, μεσημβριαντε και ἑρκτον.* v. 279.

o) Geſchichte des Chiliasmus. T. 2. p. 114.

p) Biblioth. Gr. ed. Harles. T. 1. p. 266-67.

rientur diverſa oracula, criſeos ſubtilioris ope distinguenda, quorum pleraque ſatis ſunt memorabilia.

7. III, 31-47. fragmentum, cui longe inhærere operæ pretium non eſt, cum ex diſerta Codicum indicatione λειπει ἡ ἀρχη; videtur carmen de Babylone operoſe egisſe; cumque omnibus Bibliorum lectoribus conſtet, librum eorum ultimum pariter ac primum iſtud nomen decantare, non ſane mirum eſt, Sibylliſtam aliquem hoc poëmatis ſui argumentum elegisſe. Ultimi verſus forte ſic erunt legendi:

Και τοτε δη δεκα μεν γενεαι μεροπων ἀνθρωπων,
Εξ ὑπερ κατακλυσμος ἐπι προτερους γενετ ανδρας.

ut auctor a creatione ad diluvium unam γενεαν, inde ad Meſſiæ παρουσιαν decem numerarit, quibus addita una temporis Meſſiani, XII, quæ ſumi ſolebant, generationes efficientur.

8. Pericopa, vv. 48-131 q) complexa, integrum quid exhibet. Vix poteſt, niſi ab Ethnico-Chriſtiano eſſe profecta, cum pro loci anguſtia longior ſit in Kroni, Titanis, Japeti, Junonis, Jovis, Nep-

q) p. 224 a verbis και βασιλευσε πρωτος, ad p. 231, ὡς ἀφ' Ἑλληνων γενος εστι.

Neptuni et Plutonis hiſtoria mythica enarranda; ſequitur brevis conſpectus Monarchiárum Aſſyriæ, Perſicæ, Ægyptiacæ, Macedonicæ et denique Romanæ. Verum uti Romæ rapinis et ſceleribus per plures verſus auctor immoratur, ita probabile eſt, eum Macedoniæ regnum plusquam tribus lineis fuiſſe commemoraturum. Cum ergo infra in hoc ipſo libro reperiatur locus modici ambitus r) (v. 319-338) ibi quidem prorſus inepte inter Romam, Smyrnam et Phrygiam poſitus, hic autem ad totius rotunditatem valde faciens, eum hic ante verſus Romam perſtringentes inſerendum ſuſpicamur.

9. Uti in L. IIdo (n. 4 et 5) placuerat collectori oraculo hellenizanti aliud judaizans ſubjicere; ita quod vv. 132-232 legitur oraculum, judaismi veneratorem omne loquitur. Id tamen notabile et me judice colligenti valde honorificum eſt, quod, ubi auctor Judæis nimium tribuere, in alias gentes injurius, videbatur, interſeruit ille pasſim verſiculum

r) p. 247 a verſu Αλλα Μακεδονιη βαρυ - - ad κερας αρξει p. 248, locus, de quo apud interpretes fere conclamatum eſt. Verum ſi harum paginarum anguſtia ſingulis immorari ſineret, perſvaſum habeo, eum et bene, et non ſine fructu ad ſacram Exegeſin explicari poſſe.

ſiculum in nexu haud adeo idoneum s), ſed ad liberalius ſentiendum pertinentem e. c. v. 185 t). Πασι γαρ ουρανιος κοινην ετελεσσατο γαιαν; cui brevi poſt u) repetito pulcre adjecit: και πιστιν και αριστον ενι ϛηθεσσι νοημα. Non nos turbabit in hac pericopa nec verſuum 137-150 de Titanibus et Monarchiis agentium ſeries, nam illis, hinc, ut fas erat, extruſis locum inter 1mi libri oracula jam aſſignavimus, nec editorum male ſedulorum notæ marginales, qui v. 132 οι χριστιανοι, v. 224 ὁ χριστος adpinxerunt. Verum acroſmatis finis non ambiguus eſt: Laus Judæorum, hac fere cogitatorum ſerie propoſita:

Populum cano, cæteris mortalibus viæ monſtratorem; in quo argumento difficilius exitum quam initium reperire; populum rectis ſtudiis ſemper eximium. Non ille coeli ſpatia aut Oceani voragines metitur, non auguria, divinationes, incantationes, magiam aut aſtrologiam ſectatur, ſed δικαιοσυνην αρετην τε curat, a furtis, rapinis, limitum agreſtium motione, viduarum oppreſſione alienus, et Πληρων μεγαλοιο θεϛ φατιν ἐννομον

s) quem ergo criſis auctori abjudicat, et collectori (ſec. 2do) tribuit.

t) p. 253. 3 ante fin.

u) v. 199. p. 236. media.

μον ὑμνον. Verum fata hujus gentis volucri oculo percurre. Poſt exitum ex Ægypto columnam ignitam Moſenque ducem, legislatorem et ad optima queque formatorem habet. Ad Aſſyrios captiva ducitur, cur? quia relicto immortali Deo ad idolorum cultum delabitur. Per 70 annos deſerta manet terra; verum ne animum gens deſpondeat; mittetur coelitus Rex, — Cyrum eſſe nullus dubito — qui ſævum ab ejus perſecutoribus ſumet ſupplicium (Κρινεῖ δ' ἄνδρα ἕκαστον ἐν αἵματι καὶ πυρὸς αὐγῇ) templumque divinum inſtaurabit. In his ſubſiſtit vates. Vides, carmen, ſi ſuo ſcil. modulo illud metiamur, haud inconcinnum eſſe.

10) Venimus ad duo oracula, de Aſiæ regionibus inſulis oppidisque maxime agentia, quæ auctoribus elicuit multarum calamitatum conſideratio, famis, peſtis, terræ motuum, quæ teſte hiſtoria ſec. imprimis ſecundo ibi graſſabantur. Ubi quodque oraculum incipiat, ubi deſinat, non difficile eſt inveſtigare. Diverſos eſſe auctores, in præcedentibus inde concluſimus, quod unus loca quæ nuncupat, lectoribus nota ſupponit, alter contra eorum ſitum ſæpe adjungit.

Prius, quod a v. 233 x) ad v. 318 pertingit, Babylonem carminis initium; ſed placidum Chriſtia-

x) p. 239. a linea penultima, ad p. 247 mediam.

ſtianismi cum almis ſuis geniis εὐνομιᾳ, ὁμονοιᾳ, σοφγῃ regnum, ejusdem finem facit. "Væ tibi, air, Babylon (forte et proprie et myſtice ſumenda), aëria tibi ſuperveniet Babylon, videlicet coelitus deſcendens vindex, teque tuosque vaſtaturus." Tum ad Ægyptum, Gog et Magog, quos noſter inter Æthiopiæ fluvios quærit, atque ad Libyam et occidentales terras, minæ convertuntur. Apparebit ſub ſole occiduo cometa, nullius non mali ominator, multorumque oppidorum (recenſentur nimis ſane luculenta prædictione XI Aſiatico - Græcæ, X Græciæ Europææ urbes) ruinas præſagiens. Jam ad Romam ſe flectit oratio. Ab illa repetet Aſia et triplo repenſum accipiet, quidquid iſta terrarum dominatrix longa ſeculorum injuria ipſi extorſerat. Sub ſolita ſcorti imagine eam ſic affatur y):

Ὦ χλιδαίνε, ζαχρυσε, λατινιδος ἐκγονε Ρωμης,
Παρθενε, πολλακι σοισι πολυμνησοισι γαμοισιν
Οἰνωθεισα, λατρις νυμφευσεαι ὐκ ἐνι κοσμω.
Πολλακι δ' ἀιβρην σειο κομην δεσποινα τε κειρει,
Ἠδε

y) p. v. 294. p. 244.

Ἠδε δικην διεπουσα τα ὑρανοθεν ποτι γαιαν
Ριψει, ἐκ δε γαιης παλιν ὑρανον εἰς ἀνε-
γειρει,
Ὁττι βροτοι φαυλου ζωης ἀδικουτ' ἐνε-
χοντο.

Additis de Samo, Delo et Smyrna pauculis, exit oraculum in eam ſpem, fore, uti Europa pariter ac Aſia, pace beatæ, auguſtis ſanctæ religionis beneficiis læte fruatur z).

Obſcuros de Macedonia verſus 319-338 alio ablegandos eſſe nuper monuimus.

11) Alterius oraculi a) exordium a Phrygia, auctoris forte patria, ſumitur. Ejus finem cum verba v. 427, novum acroama inſignientia, tum res ipſa, delineant. Terminatur alloquio ad Italiam, ut alias urbes ita quoque Sicyonem et Corinthum, utrasque artium ſedes, vaſtaturam. Loca, quæ præterea nominantur, ſunt: Ilion (interſperſa Homeri mentione), Lycia, Chalcedon, Cyzicus, Rhodos, Samos, Cyprus, Trallis, Laodicea, Corſica, Sardinia, Myſia, Galatia & Tenedos. Commentatoris in hos libros negotium ſatis frugiferum, foret, ex autoribus eruendo, quænam eventa

z) Locum ipſum ſupra poſuimus p. 9-10.

a) vv. 359-426. a p. 248. Ἐξαὶ καὶ Φρυγιη — ad p. 256. v. 426.

eventa vates ſpectaverit, hiſtoriam iſtius temporis illuſtrare. Nos, qui id non propoſitum habemus, modo notamus, quibus verbis Roma hic commemoretur b).

402. Ἰταλιη σοι δ' οὐτις ἀρης ἀλλοτριος ἠξει,
Ἀλλ' ἐμφυλιον αἱμα πολυσπονον οὐκ ἀλαπαδνον,
Πουλυθρυλλητουτε, ἀναιδεα τε κεραϊξει.
Και δ' αὐτη θερμησι παρα σπουδησι ταθεισα,
Ἁ προιδη σηθεσσιν ἑοις, ἐναρίξεται αὐτην.
Ἐσση δ' ουκ αγαθων μητηρ, θηρων δε τιθηνη.

12. Sequitur oraculum 427-639 c), cujus maxima rurſus pars in Judaicæ gentis laude verſatur, nunc moderatius, nunc operoſius, quam quod n. 9 deſcripſimus. Sibi adeo ſimilia hoc nomine ſunt, ut unum ex altero hauſiſſe pareat; et quia is, quem nunc tractamus, poëta uberior eſt, credimus eum eſſe, qui illius acroama ob oculos habuerit, et nova ratione tractatum cum Chriſtianis communicaverit. Primum hoc ſe obtulit exemplum Sibylliſtæ unius in

b) p. 255.

c) p. 427. l. 3. ad p. 272. Ἀψευσον γαρ πνευμα θεου παντα κατα κοσμον.

in alium commentantis. Plura in ſequentibus habebimus.

In carmine ſuis finibus circumſcribendo falli non poſſumus, cum verſus 636-37, Αυτος μοι ταδε παντα θεος μεγας αἰναος τε Ειπε προφητευται cæt. eos ultro ſuppeditent. Propria huic auctori eſt indignatio adverſus Græcos, ob quam quædam ei exciderunt, quæ barbarorum invaſiones jam tum ſæviiſſe oſtendunt. Quod v. 480 d) ſcribit: Παντων ἀνθρωπων το τριτον γενος ἐσσεται ἀυθις, probabile reddit, eum loco artificioſioris Judæorum computationis, per XII γενεας, ſimpliciorem adoptaſſe, qua primum γενος ab Adamo, ſecundum a Noacho, tertium a Chriſto inciperet.

Initium facit Phoenicum ob injuſtitiam et fraudes reprehenſio; tum tranſitur ad Cretam, Thraciam, Gog, Magog, Lyciam et vicinas regiones, ad Mauros, Æthiopas, Cappadocas Arabasque. Verum auſtero ad Hellenas alloquio longe auctor immoratur, ſumtis imaginibus dictionibusque ex ultimis Moſis ante mortem ad populum Judaicum orationibus. Æneum illis fore coelum, terram ferream et defectu pluviæ prorſus ſterilem minitatur. Quindecem, inquit, ſunt ſecula, ex quo Græcorum reges orbem vexarunt, et idolatria contami-

d) p. 260. l. 8.

taminarunt. Quanto his pientior Judaica natio ἐν δικαιοσυνῃ νομου ὑψιστου, prophetisque a numine donata; illa non ad inania numina colenda descendit, non ad spurcam Venerem vel alia, quibus plurimæ gentes indulgent, impudicitiæ monstra. Sic defertur ad mentionem viri, qui Ægypti regnum sit subversurus (Cæsaris puto, non Antiochi, ut Castalio in margine notavit), sibique promittit, fore ut Deum summum venerari pergant Judæi, ad quod eos vehementer cohortatur. Verum nunc infausta vati suboriuntur præsagia de bellis, sterilitate et feris terras vastaturis. Veniet a sole (coelitus Messias) Rex severo imperio has turbas finiturus. Divitiis florebit Dei populus. Tellus et mare illi arridebit. Jam vero invidia tacti Reges gentium cum aggredientur; at numen enses ardentes lampadesque in eos depluet. Miscebuntur in terris omnia; angulum quemvis habebunt ejulatus; cadentium sangvinem terra bibet, cadavera bestiæ devorabunt. His positis vates filum abrumpit, satis habens testari, se a numine jussum hæc cecinisse.

13tium subjecit collector priori, credo, quia ejus continuatio est, sed ad lætiora conversa et alio acroamate recitata. Eundem habet auctorem ac præcedens, locisque dulcissimis interfulget. Prædi-

catur piorum, quos ipſe videlicet Deus protegat, felicitas. Laudes hymnique b) in numinis honorem ex eorum ore ſemper audientur. Cohibebit Græcia ſuum faſtum, et ad ſanctum populum mittet conſulturos, quando malorum ſit finis; reſpondebitur: δουλευε θεω μεγαλω, ινα τωνδε μεταστχης. Sequitur βασιλειας χρισου ceu ſeculi aurei deſcriptio; cujus potisſima pars eſt pax, et communis per totam terram lex, unius dei agnitio, ſcelerum, præcipue expoſitionis puerorum et cædis, deteſtatio. Si quæris, quis Rex ſit, eum Τον καλεουσι βροτοι μεγαλοιο θεοιο. Gratuletur ſibi humanitas talis ævi felicitatem, in qua lux dominetur! Urſi cum vitulis degent, boves cum leonibus, et fævisſimas beſtias infans domabit. Si quæris de σηματι, hæc ſignificaturo, erunt gladii de coelo cadentes, evaneſcens ſolis lunæque lumen, ſaxa pluentia et equitum peditumque conſpicuæ in nubibus pugnæ.

Τουτο τελος πολεμοιο τελει θεος ουρανον εικων,
Αλλα χρη παντας θυειν μεγαλω βασιλεϊ.

Huic libro, plerumque de Aſia canenti, haud mirum, finem impoſuiſſe collectorem apponendo verſuum ſeriem, in qua Sibylla ſe Babylone venisſe,

b) Supra p. 20 talem adſcripſimus.

nisse, se Erythræam vulgo appellari, se denique Noachi nurum esse declaret. Apparet quoque, haberi et in singulis, quæ L. IIItius continet, oraculis, et in vinculis, quibus collector ea junxerit, justas rationes, cur eo, quem sortita sunt, ordine legantur.

14) *Liber quartus* monumentum est pietatis Christianæ tanto magis venerandum, quo magis auctor in eo totus est, ut religiositatem inculcet. Sumto primis opusculi versibus incitamento a supremi, sanctissimi, potentissimique, non inertis (ut sunt idola), numinis cultu quem Christiani profiteantur, in se suscepit vates, celebrium monarchiarum annales, atque variarum Europæ Asiæque gentium fata, lustrando, præcipue vero multa quæ plurimas regiones infestarent, physica infortunia considerando, severæ pietatis necessitatem ostendere. Sic extitit hoc poëma, in ipsa sua brevitate plenius rotundiusque quam quæ antea spectavimus. Quomodo γενεας numeraverit, supra jam explicuimus. Persvasionem suam, improbos habito judicio ad infernas tenebras rursus detrudi, probos contra ζησειν επι γαιαν Πνευμα θεϐ δοντος ζωην θ' ἁμα και ϐιον ἀυτοις, bis, nimirum et in introductione, et in fine oraculi, repetit. Postulat ab iis, qui numen sincere amant, præter idololatriæ

et ſpurcorum vitiorum deteſtationem, ut antequam cibum potumve ſumant preces ad Deum fundant, ut fonte perenni corpus abluant, utque paſſis ad ſidera manibus veniam delictorum petant. Memoratis Aſſyriis, Medis et Perſis, mentionem facit famis in Ægypto graſſaturæ, temerariæ Xerxis ad Græciam expeditionis, belli Peloponneſiaci Ætnæque montis Siculi ruinæ. Tum turbas, quas Macedonia orbi importaret, paucis memorat, et Delon, Samon, Babylonem, Sybarin atque Cyzicum, ſive bellis ſive terræ motu perituras, indigitat. Cum ad Italiæ dominationem ſermo venerat, Carthaginis, Laodiceæ, Lybiæ et Armeniæ mala tangit, Neronem ad Euphratem fugiturum et inde cum multis myriadibus reverſurum, non obſcure præſagit. Veſpaſiani in Judæos ſævitiam carpit, et multorum rurſus locorum miſerias digito monſtrat, ex. c. in Salamine et Cypro terræ motum, Veſuvii eruptionem, Antiochiæ excidium, Scyri per peſtim, Cariæ per inundationem calamitates. Ab his malis anſam capit homines ut πίστιν et το δίκαιον ſectentur commonefaciendi; ſic nimirum flexum iri numen ſperans. Id ni fecerint, auſcultare eos jubet, quid immineat. Scilicet mundus igne flagrabit. Prognoſtica erunt: oriente ſole apparentes glaſii ac tubæ; mugitus ubique; terræ exuſtio; generis

humani

humani interitus; omniumque in pulverem cineremque conversio. Tum veniet judicium; impios terra iterum obruet, pii vero, Deo spiritum dante, vivent rursus in terra seseque recognoscent f). Ὠμακαριστος, ἐκεινον ὸς εἰς χρονον ἔσσεται ἀνηρ.

Juncta hic cernuntur, quæ in pluribus oraculis sparsa in superioribus reperimus, adeo ut nostrum, oraculi Sibyllistæ typus, cyclum talium præsagitionum continens, possit haberi.

Liber quintus sex continet oracula, quæ sic distribuo: α) vv. 1-51, β) 52-181, γ) 182-262, δ) 263-330, ε) 331-486, ζ) 487-534. Præivit ipse collector distributioni luculento hoc indicio, quod quatuor ex his sectionibus, α, β, γ, ζ, ab Ægypto, duo, δ et ε, a Judæa incipiunt; et ex quaternis illis tria in imperii Romani et universæ rerum conversionis hoc secuturæ commemorationem exeunt; quartum (ζ) eodem tendens in fine mancum videtur; in duobus quoque, a Judæa exordium sumentibus, unum (δ) licet pleraque Asiæ loca nuncupans Ægyptum tamen tangit, alterum longam habet ad Ægypti fata et reges allusionem.

Uti

f) Id explicat *Fabricius* in nota Msta ita: "Tunc pius haud se alium sed se ipsum quisque videbit," et confert Hiobi verba: 'oculis meis me vero ipsum tunc videbo, non peregrinum.

Uti ergo Liber IIItius inſcribi poterat *Aſia*, ita ei, in quem nunc inquirimus, vel majori jure "*Ægyptus*" in titulo præfigendum dixeris. Id collectorem induxit, ut oracula ad eandem regionem pertinentia in uno volumine jungeret. Verum facit hæc ipſa intra 530 verſuum ſpatium repetita ſexties Ægypti, bis Judææ, quater Neronis mentio (quod in ſuperioribus jam expoſuimus), ut non poſſint omnia ab uno auctore profecta credi; quid enim quæſo aliquem impelleret ut toties ſe ipſum repeteret? jubet quoque diverſa tractationis ratio, in uno (δ) ſterilior, in cæteris valde vegeta, in quibusdam (γ et ε) evectiſſimam poëſin ſpirans, tenorque, in duobus exquiſitam eruditionem (γ et ζ), in aliis populi Judaici admirationem olens, ut horum oraculorum auctores plerosque Chriſtianos Alexandrinos, et nonnullos quidem Judæo-Chriſtianos fuiſſe ſtatuamus. Addere licet, hunc librum, ob codicum defectum (nam Regius Pariſienſis eorum optimus in v. 102 deſinit) valde vitioſum, videri et propter poëtici ingenii, quæ pluries refulgent, lumina, et propter multos quos continet hiſtoricos nutus, perdignum, qui ſingulari commentario illuſtretur.

15. Primus itaque vates g) Ægyptum nominando in juve-

g) p. 300 ad p. 304, l. 10.

juvenis Pellæi (Alexandri M.) cogitationem mox incidit, et pulcre norat, Babylonem, regi feralem urbem, satis docuisse orientis occidentisque domitorem, quod Philippi, non Ammonis esset filius. Inde transit ad Macedonum victores Romanos, et imperatores a Julio Cæsare ad Marcum Aurelium Philosophum, paucis lustrandos, quos singulos partim ex factis et fatis ipsorum, partim ex literis nominum initialibus per numeros expressis, docte magis quam poëtice ex seculi ingenio h) describit. Scripta hæc sunt ante Veri mortem, quem, a Marco in spem imperii adoptatum, ante socerum obiturum auctor non divinabat.

16. Grande quid spirat secundum hujus voluminis oraculum i). Majestatem habent auctoris et ad Memphin, Ægypti metropolin, et ad Romam alloquia; et licet homo Ægyptius in Ægyptum acerbe invehatur, excusat hanc acerbitatem pius fervor, atque eam longe superat nobilis adversus Macedoniæ et dein Romæ dominationem indignatio.

h) Siquis de rebus politicis loquens hac viâ, quæ certe tutissima, utitur, ut dominatores potius per numeros quam per scelera insigniat, præcipue tales artes amante seculi ingenio, non ideo fraudis erit accusandus; quod voluisse videtur *Hist. Chiliasmi* auctor T. 2, p. 115.

i) a pag. 304, l. 11, ad p. 315, l. 7 antel fin.

tio. Perſecutiones Chriſtianorum in Ægypto innuunt hi verſiculi, multis nominibus memorabiles 60-71. Μεμφι συ μεν κλαυση ὑπερ Αιγυπτ̃ȣ τα μεγιστα.

Προθε γαρ ἡ μεγαλως γαιης κραταιωσα, γενηση

Λυπρη, ὡστε βοησαι κ' ἀυτον τερπικεραυνον

Ουρανοθεν Φωνη μεγαλη: "μεγαλοσθενε Μεμφι,

"Η το παλαι δειλοισι βροτοις ἀυχουσα μεγιστα,

"Κλαυσεαι ἀργαλεη, και παμμορος ὡστε νοησαι

"Αυτην ἀϊδιον θεον, ἀμβροτον ἐν νέφεσσι.

"Πᾶ σε λημα κραταιον ἐν ἀνθρωποισι τετυκται,

"Ανθ' ὡν ἐξεμανης ἐς ἐμους παιδας θεοχριστους

"Και τε κακην ωτρυνας ἐν ἀνδρασι τοις ἀγαθοισιν.

"Εξεις ἀντι τοσων ποιον τροφον εἰνεκα ποινης.

"Ουκ ἐτι σοι φανερως θεμις ἐσαι ἐν μακαρεσσιν,

"Εξ

Ἐξ ἀστρων πεπτωκας, εἰς γῆν
οὐκ ἀναβησῃ.

Sequuntur reprehenſiones, quod ligna, ſaxa atque animalia et orationis et rationis expertia pro numine colerent. Poſt v. 93 k) lacuna eſt, dum verſus excidêre, in quibus absque dubio Alexander Macedo fuit nominatus, nam is in ſequentibus ceu Perſarum et Ægypti dominator ſiſtitur; verum veniet, inquit vates, Rex eo fortior (Meſſias), qui coeleſti vi tantæ tyrannidi finem ſit impoſiturus. Oculos jam circumfert poëta per plerasque Aſiæ regiones l) in quibus nil, niſi perpetua mala phyſica, illis ſubjectum cernit; atque ſic fertur ad miſeram Græciam, quam poëtæ videlicet inundarent, hominumque monſtrum Neronem cogitandum. Is Deum Deoque natum ſe mentiens, impudicum ſcurram ager, matrem occidet, Babylone fugiet, Medorum Perſarumque amicitiam ambibit, atque in Chriſtianos grasſabitur. Verum ſtella tum apparens m) nil boni portendet. Scurrilitatis et nefandæ impudicitiæ Roma, viribus tamdiu

k) p. 308.

l) Nominantur Pergamus, Pitane, Lesbos, Smyrna, Bithynia, Syria, Phœnicia, Lycia, Phrygia, Pontus, Theſſalia.

m) Teſtatur Suetonius Neronis cap. 36, cometam iſto tempore apparuiſſe.

diu freta et arrogantiæ ſuæ impotens, poenas dabit graviſſimas.

v. 171 n) Αι ἀι παντ' ἀκαθαρτα πολι λατινιδος ἀιης
Μαινας ἐχιδνοχαρης, χηρη καθεδειο παρ' ὀχθας,
Και ποταμος Τιβερις σε χλαυσει, και ἐην παραχοιτιν.
Ἤτε μιαιφονον ἠτορ ἐχεις, ἀσεβη δε τε θυμον,
Οὐκ εγνως τι θεος δυναται, τι δε μηχαναται.
Ἀλλ' ἐλεγες, μουνη ειμι και οὐδεις μ' ἐξαλαπαξει;
Νυν δε σε και σους παντας ὀλει θεος ἀιεν ὑπαρχων,
Κ' οὐκ ἐτι σε σημειον ἐτ' ἐσσεται ἐν χθονι κεινῃ,
Ὡς το παλαι, ὁτε σας ὁ μεγας θεος ἐυρατο τιμας.

1-) Majore adhuc audacia verſatur in ſimili argumento oraculi o) 182-262 vates. Primis verſibus pyramidas inducit Memphidi male ominantes. Dum de Barce p), dicit:

v. 190.

n) p. 315.

o) p. 315-323. l. 2.

p) Barce urbs inſignis in Africa ad litus maris mediterranei

v. 190. Ἀλλ' ὁταν ἡ Βαρκη το κυπαστιον ἀμφι-
βαληται
λευκον ἐπι ὑπαρῳ, μητ' ἐιην, μητέ γε-
νοιμαν,

timuisse videtur, ne ab Ægypto ad regnum vicinum potestas abiret. Κυπασιον, lexicis ignotum, est sine dubio vestimenti Ægyptii genus, quale κυπας Lycophronis v. 333. Dein convertit se ad Thebas, Syenen, Teucharin, et in Libya Cyrenen, singulis infausta præsagiens. Ne Britannos quidem et Gallos intactos linquit; sed dum vv. 207-8 dicit, Regem Phoenicem multa Gallica agmina Sidoniis de Syria deducturum, videant historici, quid auctor spectaverit. Tum Æthiopibus et Indis astrologicis calculis q) (Ἀστρων δ' εν μαχιμοις καινη Φυσις) excidium minatur; jamque facta Corinthi mentione ad Neronem delatus, sua in hunc tyrannum dicteria dramatica forma induit, prosopopæiis, interrogationibus, metaphoris, historiarum biblicarum allegationibus, et repetitis antiphoniis egregie animata. Voluere Parcæ, ut Nero ad Isthmum fugiens omnibus se conspicuum præberet cantorem. Petras ille perfodit,

nei, quæ et regno, quod AEgypto ex occidente adjacet, nomen dedit. nota *Fabricii* Msta.

q) p. 319 l. 3. v. 215.

dit, videlicet nil niſi nova moliens. Raſtello humum effodiebat, et corbe congeſtam humeris efferebat idem ille ludio, qui parentum carnem edere non detrectaſſet. O ſummam indignitatem! o imperium malorum generis humani initium, malorum quoque, ominor, finem! Blandiebatur ſibi aliquis ſpe optima hæc ſecum volvens: "erat olim "inter homines clarum ſolis jubar, radiante con-"cordi vatum lumine; extitit nuper lingva dul-"cem liquorem hominibus inſtillans; moxque "dies omnibus illuceſcit;" fruſta erat iſta ſpes; eſt itaque cur repetamus: o Romam generis humani malorum initium, ſed eorum quoque finem evaſuram! Poterunt hoſtes grasſari, poterunt Joppen expugnare (quod Titus r) faciebat); verum velut Joſva Jerichuntem obſidens ſolem juſſu ſuo fecit ſubſiſtere, ſic coelitus veniens alter Joſva (Jeſus, in nomine omen) omnibus iſtis atrocitatibus finem imponet.

Haud pigebit credo hoc carmen longius expoſuiſſe, nec vitio mihi, ſpero, verretur, ſi in loco obſcuro, ſed vere poëtico, explicando, meis conjecturis, ab interpretibus prorſus deſtitutus, indulſerim.

18) Se-

r) vide *Gallæus* ed. Sibyll. p. 600.

18) Sequens verſuum ſeries 263-330 s); ut a Judæa incipit, ita et Judaicum ſapit, laudes iſtius gentis luculenter exponens:

Φως ἀγαθον, σεμναν τε θαλος, πεποθημενον ἀγνος (vitex)
Ἰουδαια χαριεσσα, καλη πολις, ἐνθεος ὑμνων.

Promittit ſibi auctor, fore ut finita gentilium oppreſſione ſanctis lingvis, omnigenis ſacris, et venerabundis precibus Deo rite litare populares poſſint. In alias gentes ignis ardentis imber depluet, ſterilitasque ſæviet, donec verum et immortalem deum (non ut Ægyptii canes aut vultures) colere inſtituant. Interim Hebræorum terra ſancta erit, exque rupibus ut ex lingvis mellis torrentes et lac ambroſium manabit.

Εις ἑνα γαρ γενετηρα θεον μονον ἐξοχον οντα
Ἠλπισαν, ευσεβιην μεγαλην και πιστιν ἐχοντες.

Jam varias Aſiæ gentes multa infortunia experturas deplorat. Urbes recenſet Sardes, Laodiceam, imprimis Epheſum t), quæ celebre templum gemi-

s) p. 323 ab initio, — ad p. 327. l. 6 ante fin.
t) liceat ſemel locum huc facientem ex Euſebii Chronico citare.

mibunda requiret. Sed graviora inſtare vates præſagit, tantumque excidium, ut terra plura cadavera quam arenas ſit ſnumeratura. In Cumas vehementer invehitur, uti quoque Lesbo, Corcyræ, Hierapoli et denique Mileto infauſta minatur, huic quidem tanto atrociora, cum Apollini dicata eſſet.

19) Majoris pretii eſt alterum oraculum a Judæa item ordiens vv. 331-486, quod et humanius eſt, et ingenio vere poëtico atque expoſitionis novitate ſe commendat.

Precatur vates, ut Deus Judææ pro priſtino in iſtam terram favore parcat. Thraciæ Macedoniæque bella, horrida bella a barbaris exſpectanda prædicit. Verum his mox miſſis ad Italiæ fata conſideranda feſtinat. Poëtico ardore abrepta phantaſia univerſi turbationem, ſolis lunæque defectum, omniaque ad priſcas tenebras reditura ſibi repræſentat, ut ſic gentes ad illud: *δει σεβειν γενετηρα θεον σοφον, αιεν εοντα*, agnoſcendum commo-

citare. Dicit ille ad Ol. CXCIX, v. Domini XIX. "Tredecim urbes terræ motu ceciderunt: Epheſus, Magneſia, Sardis, Moſthenæ, AEgæ, Hierocæſarea, Philadelphia, Tmolus, Temnus, Cyme, Myrina, Apollonia, Dia, Hyrcania. Vid. *Theſaurus Temporum. Euſebii Pamphili Chronicon* etc. opera *Joſephi Scaligeri* Lugd. Batav. 1606. Fol. p. 157.

moveantur. Eventura hæc auguratur, cum matricida Nero ab ultimis terris omnia deſtructurus redierit. Relabitur cogitatio ad omnia malorum monſtra luſtranda: Procedunt: πυρ και αιμα, υδωρ, πρηστηρ, γνοφος, ερανιη νυξ; και φθισις εν πολεμω, και επι σφαγησιν ομιχλη, quæ quamvis legere horreſcit animus, facit tamen exſpectandæ proſperitatis magnitudo, ut auctor eam fuiſſe tanti crediderit. Excuſat eum quoque vitiorum quæ ſpectat enormitas. Sequitur nempe apoſtrophe ad matricidas et inceſtus patratores, quibus Ptolemæos pungi probabile eſt, cum ex iis quatuor matres trucidaſſe et Physcontem filiam vitiaſſe conſtet. Nunc ad Romam dirigitur oratio, ſeveritatis quidem, ſed et ſalium et ironiæ plena. Inhibe, ait, deploranda Urbs, tuam proterviam; ignem inexſtinctum Veſtales, deleto templo, fruſtra quærent. Vidi quidem ego et alterum templum (Hieroſolymitanum), numini non ædificiis manu mortalium ſtructis circumſcripto ſacrum, ab impio Rege (Tito) u) cum profanis ſociis

u) video *Fabricium* in nota Msta ad h. l. in v. 411. Ptolemæum Lagi, in v. 417 Ptolemæum Philadelphum agnoſcere. Verum id nec intelligo, nec credo ſenſum adeo bonum fundere, ac illum quem propoſui, ſane magno poëta dignum.

ſociis everti. Aſt' veniet coelitus Rex auguſtior (Chriſtus), poteſtate a Deo munitus. Struet ille templum, majoris longe ambitus, quod ipſas nubes tangat, quo pii omnes ſint conventuri. Cunctæ tum orbis plagæ numinis laudibus reſonabunt (Ἀντολίαι δυσεις τε θεϐ κλεος ἐξυμνησαν). Fugient omnia ſcelera. Sancti erunt mortales, nec aliam, niſi de virtute noſcent æmulationem. Væ itaque Babyloni (Romæ) cum aureo ſuo throno. Videlicet Parthi et Chaldæi (quibuscum Nero, teſte Dione multum commercii habebat, et a quibus legatos atque auxilii ſpem, ſiquid adverſi accideret, accepiſſe ferebatur) te firmabunt! Somniant hi populi de imperio in Perſas accipiendo, et pignus ejus eſſe putant legatos Romam miſſos. Nec mirum, talem proterviam eos ſibi permittere, cum ipſa urbs imperatrix judicio Atticorum ſe ſubmittat (Nero ad eam indignitatem deſcendat, ut in Græciæ agonibus certator procedat); et hanc nobilem ſcilicet tantorum laborum mercedem habeat! At enimvero propter tuam, Roma, petulantiam hoſtibus eris ludibrio! Interſperguntur infauſta de aliis regionibus, Cypro, Papho, Salamine, Tyro, Phoenicia cæt. omina v); et denique

v) de obſcuris verſibus p. 339 l. 1-7 adſcribam notam Fabri-

que in tetras calamitatum, quibus Asia pariter ac Occidens premenda sit, descriptiones oraculum exit.

20) Ultimum oraculum, quod in fine mancum est, non longe nos detinebit, Cum de Iside dixerat vates, ejus memoriam haud diu duraturam, ad Serapidem se convertit cum pulcro, quod jam in introductione descripsimus, alloquio. Fore ominatur in Ægypto magnum sanctumque templum, quo pii numinis cultores sua donaria sint collaturi; *χειυοίσιν δώσει θεος ἀφθιτως βιοτευειν.* Reliqua vero terra turbine per omnia vagaturo concutietur. Coelum ipsum ita miscebitur, ut nullum sidus sit, quin cum alio pugnet, donec denique coelum ruat, terra incendatur, et ab æthere omnia astra evanescant. Auctorem peritiam astronomiæ non vulgarem in isto siderum certamine prodere, jam supra monuimus.

20) *Li-*

Fabricii Mstam: "Urbi Tyro malum instat (cum Alex. M. eam expugnabit, civesque ejus trucidabit), quando AEgyptus libera erit a malo, quod Sabaco AEthiopum Rex, ætate a diluvio quinta, annoque ante Christum 700mo circiter ipsi intulerat; ex quo tempore e variis nationibus AEgyptus reges accepit, scil. post AEthiopes AEgyptios, deinde Persas, iterum AEgyptios, iterumque Persas, tandem Alex. M."

21) *Liber ſextus* dulciſſimum hymnum in Jeſu honorem exhibet, tanto magis memorabilem, quo magis pectus veneratione in divinum religionis noſtræ doctorem perfuſum totus ſpirat. Tenor ejus fere hic eſt x): Cano ab imo pectoris ſenſu magnum Dei immortalis filium, cui diu ante quam naſceretur ſupremus genitor thronum deſtinavit. In lucem terrenam bis fuit editus, idemque Jordanis aqua perlutus, pridem Deus, nunc almo Spiritu per alas columbæ perfuſus eſt. Conſilium ejus erit divinam ſapientiam homines docere. Is uti alia patrabit miracula, ita una panis radice homines ſatiabit, cum Domus Davidica eam ſtirpem effuderit, cujus in manibus totus mundus, terra, coelum atque mare erunt. Naſcenti arridebit terra eo vultu, quo protoplaſtos ex mutuis coſtis formatos excepit. Erit, cum tellus tanto gaudebit alumno! - - - Tibi vero ſoli, regio Sodomitica, dura mala imminebunt, quæ Deum ſenſibus humanis ludentem dedignabare. Beatum lignum, in quo Deus fuit expanſus! Nimirum te terra non tene-

x) verſus ſunt omnino 28, p. 344-47. Fabricius in Bibl. Gr. T. I. p. 269 ſic emendat verſus 6 & 7. Ἐκ πατρος ἐκ πρωτου πρωτος θεος, ὡτε καὶ ἠδυ. Πνευμ' ἐπιγινομενον λευκης πτερυγεσσι πελειης. qua mutatione neſcio num locus admodum juvetur.

tenebit, sed coelestem videbis domum; ubi igneus tuus oculus (ex sepulcro) denuo rutilaverit.

Esse in hoc carmine quædam, quæ ideas de Jesu magis seculo 3tio versus finem vergenti, quam 2do conveniant, haud diffitemur. Multa quoque in præcedentibus legimus, quæ doceant, plerosque certe non credidisse, soli Judææ πήματα imminere. Verum nil impedit, quo minus ab aliquo seculi 3tii Sibyllista confectum et sic reliquæ collectioni insertum esse potuerit.

In *Libro septimo* tria reperio poëmatia α) 1-49. β) 50-112. γ) 113-161 a diversis vatibus concinnata, quorum primus judaïzantem, alter mystico-gnosticum, sed maxime poëticum, tertius anti-judæum se præbet. Uti ante animadvertimus collectorem oraculorum id egisse, ut acroamati judaismum nimis spiranti aliud alius ingenii opponeret, ita hic idem observamus. Nec tamen sola hæc est auctorum diversitas: primus enim vates omnia aqua, tertius omnia igne peritura putat; secundus judicium in decima γενεᾷ, tertius in octava ponere videtur. Cæterum habent singula hæc acroamata, quantumvis brevia, aliquam rotunditatem; nam primum a Deio incipit et in Antonio ab Octaviano victo desinit; alter a Troja

initium, in Logi laude finem facit; tertium a Syria orditur et in seculum beatissimum exit.

22) Primum oraculum y). Infausta in Delum, Cyprum, Siciliam omina. Discite (ait) divina per Noachum monita non spernere. Πλευσει γη, πλευσει δε ὀρη, πλευσει δ' ε και αιθηρ, Ὑδωρ ἐσαι παντα και ὑδασι παντ' ἀπολειται. Infelix Phrygia, Æthiopia, Ægyptus! hæc quidem ob bella intestina. Infelix quoque Laodicea, Dei veri ignara! Verum prodibit genitus magnus Deus (γενηθεις ὁ μεγας θεος, ergo Christus) siderum creator, magnamque in æthere igneam columnam eriget, impias perdituram, sed ad quam veluti metam pii omnes congregabuntur. Domui Davidicæ hæc bona debebuntur. Subjicientur illi ipsi angeli, subjicientur quoque atroces terrarum tyranni z). Verum primis nascentis Messiæ annis multa even ent hominum mentes turbatura. Existent teterrima incestus exempla (in Ægypto sub Ptolemæis); Romam bella angent intestina multoque sangvine effuso Italus tandem bellator (Antonius) victus fugiet.

Videat

y) ab initio pag. 348 ad p. 352. l. 6.

z) v. 34. p. 351. Οι τε πυρας φαινουσι, και ει ποταμους· φαινουσι ad Neronem Romam incendentem, et montem Athos ceu flumine perfodientem forte pertinet.

Videat Lector, num locum recte intellexerim. Commentatorum nullus eum attigit. Multa hic sunt oraculo 19no adeo similia, ut illud ob oculos habuisse auctor videatur. Sed carmen ex sec. IIItio esse, cum voces de Christo adhibitæ, tum ipse ille alterius operis usus mihi probabile reddiderunt.

23) Alterum poëmation a) longe puriorem Christianismi genium spirat. Post brevem Itii, Colophonis, Thessaliæ, Corinthi atque Tyri increpationem, Coelesyriam itidem objurgat, quod suum Deum in Jordane olim ter b) aqua perlutum, spirituque perfusum non agnoscerent; jamque additur longus de Christo et christianæ religionis indole locus, qui ex hymno Gnostico desumtus videtur, et sic fere habet. Ille, antequam terra et coelum stellatum esse inciperent, patris voce, sanctoque spiritu extitit. Tres ipsi turres coelum munivit, in quibus almæ numinis matres nunc habitant, spes, pietas et religiositas, quæ non argentum aut aurum, sed compositum jus fasque animi amat. Supremo numini ne thuris micam, ne agnum mactatum offer, sed sume agrestes volucres, precare,

in

a) a pag. 352. l. 50 ad p. 112. l. 4 ante fin.

b) pro ἐν τριτάτοισι Fabricius legere volebat ἐν προχοαῖσι (in nota Msta), quod non necessarium esse puto.

in coelum oculos tolle, aquamque in puro igne liba cum his c) verbis: "Patri, patri qui Logon genuit, avem mitto, citam meæ vocis nuntiam, caſtâ aquâ vocem, adſpergens tuum baptiſma igni, per quem tu apparuiſti." Si quis egenus venerit, ne fores ei præcludas, ſed caput aqua conſperge, et iter precare in hæc verba: "Non amo divitias, tenuis ego tenuem accepi, tu vero ſecundus vota pater exaudi" — (Succinet alter; tibi dabit oranti) — "Ne me ſanctum Dei decus affige, ſed probum, ad quod natus ſum, germen et ſervitutis immune vindica; pectus meum ad patientiam firma; ad te reſpicio; te, inviolatum, quem nullæ mortalium manus finxerunt." Sequuntur infauſta omina de Sardinia, Mygdonia, Gallia d), atque Roma, quam ſic auctor affatur: "Animo ferox, Roma, ſubacta Macedonia ſpiritus ad Olympum eveç-

c) "Ὀς σε λογος γεννησε πατηρ, πατερ ἐρνιν ἀφηκε,
Ὠξυν ἀπαγγελτηρα λογων, λογον ὕδασιν ἁγνοις,
Ῥαινων σοι βαπτισμα, δι ου πυρος ἐξεφανθης."

d) cupiet forte alliquis legere pericopen de Gallia (quam cum L. V. 203 p. 356 comparabit); verba ſunt:

Κελτογυη τα δε σον κατ' ὀρος παρα δυσβατον Ἄλπην,
ψαμμος ὁλην χυσει σε βαθυς, φορον ὀυκετι δωσεις,
Ὀυ ςαχυν, ου βοτανας· πανερημος ἐσῃ δ' ἀπο λαων.
Ἀιει, χρυμαλοις δε παχυνομενη χρυςαλλοις,
Λωβην ἐκτισεις, ἡν ὀυκ ἐυσῃτας ἀναγνε.

evectos ſumebas, ſed Deus tuam celebritatem prorſus obliterabit. Ubi tu vel maxime firma videris, tibi acclamabo: "ſplendida olim ac marmorea periiſſe mox diceris."

Quod altera vice promittit auctor plura ſe de Roma canturum, præſtitit absque dubio in uno ex ſuperioribus de Roma oraculis. Cæterum idoneus, ni fallor, hic locus est ad hoſtes oraculorum vel infenſiſſimos demulcendos. Talem certe cenſeo, quo vix nobiliorem patres eccleſiaſtici exhibebunt.

24) Breve acroáma librum ſeptimum finit. Prædicitur Syriæ et Thebis inſtans rerum converſio. "Omnia, ait, igne concremabuntur; ardebunt montes, ardebunt flumina, fontesque ficcabuntur. Peribunt homines non quidem cito ſed longa per æva durante incendio. Punientur cum alii impii, tum præcipue illi, qui lucri cauſa turpibus prophetiis homines decipiunt, et ut Hebræi, fallere amant." His vero malis longe major deſcribitur ultimi temporis felicitas. Puram in pectore hominum mentem gignet, genusque quale priſco tempore fuit, reſtituet; arabunt nec homines, nec animalia, ſed dulci omnes manna abunde fruentur.

Mira

Mira eſt, quæ Sibyllæ tribuitur, ſui accuſatio. Crederem fere, ironice hæc dicta eſſe, et Sibylliſtam ægre ferentem nimiam quorundam in alios ſeveritatem, ſubjeciſſe (fere ut dicebat Jeſus de adultera): *βάλοιτε με, βαλλετε παντες. Ουτω γαρ ζητω, και ες ουρανον ὀμματα πηξω.*

Octavus Liber in Codice Regio Pariſienſi primus eſt; absque dubio non quod tempore omnium primus erat, nam ſunt in quibusdam ejus (ut in ſeptimo quoque libro vidimus) oraculis nonnulla, quæ ſeculum plerisque cæteris ſerius teſtari videntur; ſed quia multa et pulchra, quæ hic de Logo leguntur, primum mereri locum codicis deſcriptori videbantur. Abit in 6 acroamata: α) 1-87. β) 88-216. γ) 217-295. δ) 296-376. ε) 376-426 et ζ) 427-480. Attexuntur duo appendices 481-486 et 487-500, duplex quidem pannus moralis argumenti, uterque recentior, et denique *στιχοι παραλελειμενοι* Phocylidæi, de quibus ſupra loco ſuo diximus. Duo prima acroamata, licet argumento ſimilia, diverſa tamen *παρουσιας τυ χριστυ* computatio, quam unus ſub Vero, alter a. 948 U. C. eventuram divinat, uti quoque repetita Neronis commemoratio, et tractationis in ſingulis rotunditas, jubent diverſis auctoribus tribuere. Quatuor ultimæ particulæ

Lo-

Logologiam, ſi ita dicere licet, conſtituunt; ad quam plures vates ſinguli ſuum (uti in fine Sectionis noſtræ primæ innuimus) ita contulerunt, ut unus in acroſtichidem alicujus Sibylliſtæ commentando, Logi origines et fata paucis ductibus delinearet; alter alium daret Logi vitæ et deſtinationis conſpectum; tertius comparatione inter idololatras et pios Chriſtianos oſtenderet, quomodo Logo duce homines ad numinis ſimilitudinem ſe evehere poſſent; quartus denique, Logum olim Dei in creando orbe conſiliorum ſocium, poſthac in his terris per Mariam natum, poëtica repræſentatione ſiſteret. Porerat γ, acroſtichin cum commentario ſuo continens, in duo a nobis dividi acroamata, quia unum Sibylliſtam carmen alterius explicatione ſua ſubſequentem ibi videre nobis videmur; porerant ε et ζ, quia commode junguntur, ut unum acroama conſiderari; maluimus tamen ob illorum brevitatem junctim, ob horum longitudinem ſeparatim ea exhibere, cum ſingulæ diverſæ fuerint ſymbolæ, quibus alius aliusque Sibylliſta *οἰκοδομὴν* Chriſtianorum inſervire ſtuduerit.

25) Ex primo libri oraculo e) plura lumina deſcribendi in præcedentibus ſæpe ſe obtulit occaſio.

Locus

e) p. 363. ad p. 368. l. 9. a fine.

Locus de avaritia moralis, de Roma politicus f) lectoris animum absque dubio jucunde affecit. Iudicium de Hadriano ab alio Sibyllista discors, uti et versus de tribus imperatoribus, quorum nomina littera A inciperet, in prima hujus opusculi Sectione examinavimus. Cogitatorum ordo hic est: Professus ab initio vates, se poenas quas ira divina orbi jam pridem intentet, expositurum, a Babylonica turri incipit. Raptim magnas monarchias percurrit, ad Romanam festinans. Gnomica ista de avaritia interserendo ostendit se pleraque Romæ vitia ab isto fonte derivare; verum tanta, ait, hujus imperii vitiositas exitio ejusdem rependetur. Ubi Hadrianus, quem ob magiæ et mysticismi studium præcipue culpat, regnare desierit, fore præsagit, ut, imperante ex tribus eum sequentibus tertio (Aurelio Vero) veniat ab oriente redivivus Nero, orbemque in universam conturbationem mittat, duram quidem et horrendam, sed quæ quoque tyrannidi finem sit impositura. Quantopere dominationem Romanam oderit vates, docet altera in hoc oraculo contra eam declamatio:

Ὦ βασιλευ μεγαλαυχες, λατινιδος ἐκγονε
Ῥωμης,
Ὀυκε-

f) utorque in introductione allatus.

Ουκετι σοι της σης μεγαλαυχενιης κλεος
ἐσαι
Ουδ' ὀρθωθησῃ ποτε δυσμορος, ἀλλα κλι-
θησῃ.
Και γαρ ἀετοφορων λεγεωνων δοξα πεσει-
ται,
Πῳ τοτε σοι το κρατος; ποια χῃ συμμα-
χος ἐσαι,
Δυλωθεισα τεαις ματαιοφροσυνησιν ἀθεσ-
μως;
Πασης γαρ γαιης θνητων τοτε συγχυσις
ἐσαι.

26) Alterum oraculum primis mox versibus in Romam invehitur. Non cogitas, inquit; quod nuda et indigna in lucem veneris, et in eundem locum nuda sis reversura, poenasque datura, quod injuste giganteisque artibus orbem rexeris. Describit auctor verbose et rhetorice magis quam poëtice noctem omnia occupaturam, cunctaque nunc strepentia gaudia finituram. Pulcre addit: Estote videlicet concinne ornatæ, ut diem acerbum obeatis. Tibi, Roma, non Syrus, aut Græcus, aut barbarus amplius serviet. Exscindêre, exactiones tuæ in proprium caput revertentur; mundique triumphus, uti orbi dedecus, eris. Veniet ab Ebræis (Messias) oriundus, qui martem

tibi

tibi marte rependet, ſicque Romæ reginæ veteris imperium abolebit. Id vero antequam fiet, anno, qui Romæ nomine indicatur, 948 U. C. graſſator ille (Nero) ab Aſſa perfoſſo Isthmo redibit novas turbas moturus. Sic nempe canis leonem cum paſtorum damno edidit. Jam calamitas faſtigium aſſequetur ſuum. Rhodos, Ægyptus, Delos, Samos, Perſia cæt. ejus onus ſentient. Immanis ille tyrannus ſenatum coget deliberaturum, quo pacto homines ſæviſſime vexare queat. Totius omnino naturæ, phyſicæ pariter, ac moralis æſtus erit & perturbatio, ut jure iu vorum erumpas: "Utinam vivam, non ſub ſpurca tyranhide, ſed tum cum ἀρανιη χαρις, cum dux ille univerſi (Meſſias) rupto velut abyſſo intra auguſtam ſuam arcem mortales concludat!" tum ſcilicet mortuorum reſurrectio locum habebit; æras vere aurea prodibit, et Γαια ἰση παντων, ἀ τειχεσιν, ἀ περιφραγμοις, Οὐδε μεριζομενη καρπους τοτε πλειονας ὀισει.

27) *In Logologiæ*, quæ Libri octavi partem ſecundam efficit, limine *Acroſtichis* g) ponitur, verſibus 34 exprimens literis ſingularum linearum initia-

g) Ad manum habui: Diſſertatiunculam de Erythrææ Sibyllæ Acroſtichide auct. *J. Frid. Koeber.* Geræ 1680. 4to, ſed quæ nil valde frugiferum de ea re continet.

tialibus hæc verba: ἰησους χρειστος θεου υιος σωτηρ σταυρος, et horum rurſus initialibus junctis, Chriſtianorum ſymbolum ἰχθυς. Sibylliſta aliquis qui in iſto artificio vehementer ſibi placebat, et in ultimo verſu ipſe de eo commonebat addendo: Σωτηρ ἀθανατος βασιλευς, ὁ παθων ἑνεχ' ἡμων, iſtis lineolis ſummam exſpectationum ſuarum callide incluſit, nempe: "Sudabit terra, cum ſignum præſto futuri adeſt, cum Rex orbem judicaturus coelitus venerit. Idola abjicient homines ipſasque ſuas divitias. Terram, coelum, mare, atque adeo orcum ignis exuret. Pii reſuscitabuntur; impiorum vero poena usque durabit; ad rationes factorum reddendas quisque vocabitur. Fiet jam naturæ converſio. Sol, ſidera, luna obſcurabuntur; montes deprimentur, valles æquabuntur. Tuba coelitus clanget, terræ velut miſeriam deplorans. Reges ad tribunal dei procedent. Ignis ſulphurisque torrens de coelo demitteretur. Signabuntur tum homines nota prænobili, crucis ſigno, quod, licet gentilibus offendiculum, piis robur ſuppeditabit, eosque non minus quam XII fontium aqua recreabit. Addit Acroſtichidis auctor, Meſſiæ typum jam Moſen expreſſiſſe, cum πτερι Amalechitam vincens ſancta brachia extenderet.

Com-

Commentans in hoc acroama alius Sibylliſta, adnotat Chriſtum Logum eſſe, quem Deus hominem primum formans, in conſilium aſſumſiſſet, quippe:

Εἶπεν ὁ παντοκράτωρ ποιήσωμεν τεχνον ἀμφω
Εἰκονος ἐξ ἰδίης, ἀπομαξαμενον βροτα φυλα.
Νυν μεν ἐγω χερσιν, συ δ' ἔπειτα λογω θεραπευσεις
Μορφην ἡμετερην, ἱνα κοινον ἀναξαμεθα δωμεν.

Numinis effati memor in judicium veniet, uti ejus typum in ſanctæ matris, unde editus eſt, uterum tulit (Ἀντιτυπον μιμημα φέρων εἰς παρθενον ἁγνην). Ejus vi ventos ſternet, mare calcabit; eidemque obſequens ſe male tractandum dabit, (Ἀυτος γαρ κοσμω παραδωσει παρθενον ἁγνην). Omnibus vero his finitis manus moriens expander, totumque orbem merabitur.

Credidere multi, acroſtichidem Conſtantini M. tempore, qui primus illam memorat, non antiquiorem eſſe Ævi adeo ſeri vix eſſe poteſt, imprimis ſi ea ad ἰχθυος ſymbolum inter Chriſtianos inducendum vel ſtabiliendum valuit; nam id jam in monumentis ſeculi 3tii occurrit. Verum totus

tus tenor, a ſimplicitate ſeculi p. Chr. primi et ſecundi multum deflectens, credere ſuadet, quod ſeculo 3tio debeatur. Sicque ejus commentator, qui ingenio et dictione (exemplo ſunt: παρθενος αἰγνη, Chriſtus παντα μετρησας, καλος λιθος) vati L. I. 382-491. valde ſimilis, ſed magis calamiſtratus, eſt, eoque uſus videtur, in fine ſeculi 3tii ponendus erit.

28) Uti ultimus, de quo diſſeruimus, vates eo ipſo alius ab Acroſtichidis auctore jam cenſendus erat, quod Jeſu manuum panſionem, quam ille terigegerat, repetebat h), ſic oraculum per vv. 296-376 i) decurrens, non poteſt continuum priori, et eadem ſerie pronuntiatum haberi, quia hic quoque auctor illi repræſentationi indulget. Teſtatur quidem et tota tractandi ratio, et παρθενου αἰγνης hic quoque commemoratio, magnam ingenii ſimilitudinem; verum eo ſe a priori diverſum præbet, quod Logon bis θεον diſerte vocat, addens tamen in oraculi fine: Μουνος γαρ θεος ἐστι, και οὐκ ἐστιν θεος ἀλλος.

Incipit oraculum a Logo; tranſit dein ad deſcribenda orbis, Logon ſpernentis, punitionem, et

h) vix enim aliquis vel in ſe ipſe commentatur, vel ſe in tam brevi pericopa ita repetit.

i) p. 387, med. ad p. 392 l. 8 a fine.

et exit in jactabundam Sibyllæ, quod ista tam certo prædixisset, gloriationem. "Logus, licet creationis universi olim particeps, et miraculorum patrator, licet θεος, a manibus impiis male habebitur. Verum aulæi fissio et ingruentes per tres horas tenebræ, nec templum nec cultum obscurum amplius valiturum, docebunt. Ad Orcum ibit, bona omnibus nuntians; resurget, immortalitatis spem illis præmonstrans, qui ἀναγεννηθεντες ἀναθεν fuerint. Suis se patefaciet vulnerum vestigia totidem, quot sunt mundi plagæ, ostendens. En typum, quod totidem orbis regna infandum facinus patrarint. Tu vero casta, multasque ærumnas perpessa Sion, salve, tuum Deum, Dei filium agnosce, et ab eo disce numen immortale non verbis, nec sacrificiis, sed puro pectore placare. Nosce ipsum, tum Deum videris. Atque summas turbationes sentiet tota rerum universitas. Miscebuntur omnia. Elementa in chaos abibunt. Homines fame, siti, peste, cædibus vexati mori cupient sed frustra: qvippe septem αἰωνας Deus ad resipiscendum dederat Ἀνδρασι πλαζομενοις διὰ χειρων παρθενου ἁγνης. Hæc ut ego Sibylla tam exacte scirem atque omniscia divinarem, fecit Deus omniscius, quem quia omnia creavit, nil potest latere."

29) Con-

29. Concinnum eſt poëmation quod vv. 337-427 continetur k). Logi cogitatione plenus auctor, dolet homines ejus miniſterio ad imaginem Dei adſequendam creatos ad idololatriam deflexiſſe; huic oppoſitæ pietatis picturam ſiſtit, judiciique extremi deſcriptionem ſubjungit. "Imaginis divinæ involucrum, (ait) a phyſica materia depromtum admiſcor. Mortales numinis naturæ immemores victimarum adipem offerunt, libamina fundunt; verum illud neutro opus habet. Manes colunt, coluńt ſaxa, et creatorem deſerunt. Hic tamen, quæ via ad vitam quæ ad mortem ducat, eos ſatis commonuerat. Divina imago homo eſt, ſi rectam rationem (λογον) ſervat, ea vero eſt animi ad Deum evectio, rectorum ſtudiorum tenacitas atque pietas l). Piis nil a judicio timendum; tanto magis horrendum hoc eſt vitioſis et oppreſſoribus; nam omnia in pulverem velut comminuta in unam molem

k) p. 392 a verſu: Εικονα θεσπιζω θειαν, ληφθεισαν ἀφ' ὑλης (in quo nil mutandum cenſeo) ad p. 396, l. 7 a fine.

l) operæ eſt pretium hæcce deſcribere:

Εκ μοχθων ἰδιων πορισαι ἀγναις παλαμηισι,
Θλιβομενῳ χτησαι και τῳ καμνοντι παρασχε.
Και ζωσαν θυσιαν σαυτην τῳ ζωντι ποριζε.
Στειρον επ' ευσεβιῃ, ἱνα σοι κυριος ταδε δωσῃ.
Καρπους ἀθανατους....

molem abibunt; tempus ceſsabit; nec oriens erit, nec occidens, ποιησει γαρ (Deus) μακρον ἡμαρ."

30. Ultimum acroama m) Chriſtum ſiſtit primum ut Logon, divinorum conſiliorum ab æterno participem, numinisque in creando ſocium, dein ut hominem a Maria conceptum atque miniſtrantibus angelis, plaudente coelo, et paſtoribus jubilantibus in lucem editum. Prior pars ſolennitatem majeſtatemque habet, quæ perſvadere alicui poſſet, hymni partem hic legi; Logon quidem non diſerte θεον appellat, ſed ei omnipotentiam tribuere videtur n). Eum Deus ſic alloquens fingitur v. 442.

Ποιησωμεν ἰδιον πανομοιϊον ἀνερα μορφῃ
Ἡμετερῃ, και δωμεν εχειν ζωαρκεα πνοιην.
Ὡ θνητῳ περ εοντι τα κοσμικα παντα λατρευσει,
Και χοϊκῳ πλαθεντι τα παντ' ὑποταξομεν αυτῳ.

Poſterior in ratione, qua Maria Gabrielis alloquium accipiebat, pudore intimoque gaudio mixta, atque in lætitia deſcribenda, qua orbis divinum foe-

m) p. 396, l. 6 a fine — ad p. 400 fin.

n) v. 429-32, p. 396.

Ἀγεννητος, ἀχραντος, ἀενναος, ἀϊδιοστε,
Ὀυρανιος, ἰσχυι μετρων πυροεσσαν ἀϋτμην,
Και παταγου σκηπτρον κατεχει συν ἀπτινεϊ πυρτῳ,
Πρηϋνει τε βαρυκτυπεων δουπημαχα βροντων. κ. τ. λ.

foetum complectebatur, singularem in faceta expositione dexteritatem probavit.

III.

Jam scopulos suos prætervecta disquisitio in vado minus lubrico dein versabitur. Omnibus in Sectione IIda disputatis evictum est, hoc opus non spectandum esse ut continuum ab uno auctore profectum poëma, sed ut compagem plurium oraculorum et acroamatum a diversis hominibus concinnatorum eo fine, ut mutuæ Christianorum οἰκοδομὴ singula inservirent. Potissimum eorum argumentum efficiebant mutuæ spes, metus et exspectationes de nova quadam quæ imminere credebatur rerum conversione, sed interveniebant quoque symbolæ ex alio genere ex. c. hymni, gnomæ, pietatis et impietatis descriptiones, cæt. quæ a Sibyllistis cum coetu Christiano communicatæ istis præsagitionum collectionibus identidem inserebantur. Quinque priores libri maxime continebant talia oracula, quæ Sec. 2do debebantur; 3 contra ultimi plura habent, quæ ad medium atque adeo exiens seculum tertium rectius referuntur. Tentavimus in singulis libris singulorum oraculorum vel acroamatum limites constituere; sicque internis criteriis ducti sumus ad multa cum de cujusque Sibylliste

in coelum oculos tolle, aquamque in puro igne liba cum his c) verbis: "Patri, patri qui Logon genuit, avem mitto, citam meæ vocis nuntiam, caſtâ aquâ vocem, adſpergens tuum baptisma igni, per quem tu apparuiſti." Si quis egenus venerit, ne fores ei præcludas, ſed caput aqua conſperge, et ter precare in hæc verba: "Non amo divitias, tenuis ego tenuem accepi, tu vero fecundus vota parer exaudi" — (Succinet alter; tibi dabit oranti) — "Ne me ſanctum Dei decus afflige, ſed probum, ad quod natus ſum, germen et ſervitutis immune vindica; pectus meum ad patientiam firma; ad te reſpicio; te, inviolatum, quem nullæ mortalium manus finxerunt." Sequuntur infauſta omina de Sardinia, Mygdonia, Gallia d), atque Roma, quam ſic auctor affatur: "Animo ferox, Roma, ſubacta Macedonia ſpiritus ad Olympum eveca

c) "Ὁς σε λογος γεννησε πατηρ, πατερ ὄρνις ἀφηκα,
Ὠξυν ἀπαγγελτηρα λογων, λογον ὕδασιν ἁγνοις,
Ῥαινων σοι βαπτισμα, δι ου πυρος ἐξεφανησας."

d) cupiet forte alliquis legere pericopen de Gallia (quam cum L. V. 203 p. 356 comparabit); verba ſunt:

Κελτογυη τα δε σον κατ' ὄρος παρα δυσβατον Ἄλπην,
ψαμμος ὁλην χασει σε βαθυς, φορον ὀυκετι δωσεις,
Ὀυ ϛαχυν, ὀυ βοτανας· πανερημος ἐσῃ δ' ἀπο λαων.
Ἀιει, χρυμαλοις δε παχυνομενη χρυσαλλοις,
Λωβην ἐκτισεις, ἡν ὀυκ ἐνοησας ἀναγνε.

evectos ſumebas, ſed Deus tuam celebritatem prorſus obliterabit. Ubi tu vel maxime firma videris, tibi acclamabo: "ſplendida olim ac marmorea periiſſe mox diceris."

Quod altera vice promittit auctor plura ſe de Roma canturum, præſtitit absque dubio in uno ex ſuperioribus de Roma oraculis. Cæterum idoneus, ni fallor, hic locus est ad hoſtes oraculorum vel infenſiſſimos demulcendos. Talem certe cenſeo, quo vix nobiliorem patres eccleſiaſtici exhibebunt.

24) Breve acroama librum ſeptimum finit. Prædicitur Syriæ et Thebis inſtans rerum converſio. "Omnia, ait, igne concremabuntur; ardebunt montes, ardebunt flumina, fontesque ſiccabuntur. Peribunt homines non quidem cito ſed longa per æva durante incendio. Punientur cum alii impii, tum præcipue illi, qui lucri cauſa turpibus prophetiis homines decipiunt, et ut Hebræi, fallere amant." His vero malis longe major deſcribitur ultimi temporis felicitas. Puram in pectore hominum mentem gignet, genusque quale priſco tempore fuit, reſtituet; arabunt nec homines, nec animalia, ſed dulci omnes manna abunde fruentur.

Mira eſt, quæ Sibyllæ tribuitur, ſui accuſatiq. Crederem fere, ironice hæc dicta eſſe, et Sibylliſtam ægre ferentem nimiam quorundam in alios ſeveritatem, ſubjeciſſe (fere ut dicebat Jeſus de adultera): *βάλοιτε με, βαλλετε παντες. Ουτω γαρ ζησω, και ες ουρανον ομματα πηξω.*

Octavus Liber in Codice Regio Pariſienſi primus eſt; absque dubio non quòd tempore omnium primus erat, nam ſunt in quibusdam ejus (ut in ſeptimo quoque libro vidimus) oraculis nonnulla, quæ ſeculum plerisque cæteris ſerius teſtari videntur; ſed quia multa et pulchra, quæ hic de Logo leguntur, primùm mereri locum codicis deſcriptori videbantur. Abit in 6 acroamata: α) 1-87. β) 88-216. γ) 217-295. δ) 296-376. ε) 376-426 et ζ) 427-480. Attexuntur duo appendices 481-486 et 487-500, duplex quidem pannus moralis argumenti, uterque recentior, et denique *στιχοι παραλελειμενοι* Phocylidæi, de quibus ſupra loco ſuo diximus. Duo prima acroamata, licet argumento ſimilia, diverſa tamen *παρουσιας του χριστου* computatio, quam unus ſub Vero, alter a. 948 U. C. eventuram divinat, uti quoque repetita Neronis commemoratio, et tractationis in ſingulis rotunditas, jubent diverſis auctoribus tribuere. Quatuor ultimæ particulæ

Lo-

Logologiam, ſi ita dicere licèt, conſtituunt; ad quam plures vates ſinguli ſuum (uti in fine Sectionis noſtræ primæ innuimus) ita contulerunt, ut unus in acroſtichidem alicujus Sibylliſtæ commentando, Logi origines et fata paucis ductibus delinearet; alter alium daret Logi vitæ et deſtinationis conſpectum; tertius comparatione inter idololatras et pios Chriſtianos oſtenderet, quomodo Logo duce homines ad numinis ſimilitudinem ſe evehere poſſent; quartus denique, Logum olim Dei in creando orbe conſiliorum ſocium, poſthac in his terris per Mariam natum, poëtica repræſentatione ſiſteret. Porerat γ, acroſtichin cum commentario ſuo continens, in duo a nobis dividi acroamata, quia unum Sibylliſtam carmen alterius explicatione ſua ſubſequentem ibi videre nobis videmur; poterant ε et ζ, quia commode junguntur, ut unum acroama conſiderari; maluimus tamen ob illorum brevitatem junctim, ob horum longitudinem ſeparatim ea exhibere, cum ſingula diverſæ fuerint ſymbolæ, quibus alius aliusque Sibylliſta *οἰκοδομὴν* Chriſtianorum inſervire ſtuduerit.

25) Ex primo libri oraculo e) plura lumina deſcribendi in præcedentibus ſæpe ſe obtulit occaſio.

Locus

e) p. 363. ad p. 368. l. 9. a fine.

Locus de avaritia moralis, de Roma politicus f) lectoris animum absque dubio jucunde affecit. Iudicium de Hadriano ab alio Sibylliſta discors, uti et verſus de tribus imperatoribus, quorum nomina littera A inciperet, in prima hujus opusculi Sectione examinavimus. Cogitatorum ordo hic eſt: Profeſſus ab initio vates, ſe poenas quas ira divina orbi jam pridem intentet, expoſiturum, a Babylonica turri incipit. Raptim magnas monarchias percurrit, ad Romanam feſtinans. Gnomica iſta de avaritia interſerendo oſtendit ſe pleraque Romæ vitia ab iſto fonte derivare; verum tanta, ait, hujus imperii vitioſitas exitio ejusdem rependeretur. Ubi Hadrianus, quem ob magiæ et myſticismi ſtudium præcipue culpat, regnare deſierit, fore præſagit, ut, imperante ex tribus eum ſequentibus tertio (Aurelio Vero) veniat ab oriente redivivus Nero, orbemque in univerſam conturbationem mittat, duram quidem et horrendam, ſed quæ quoque tyrannidi finem ſit impoſitura. Quantopere dominationem Romanam oderit vates, docet altera in hoc oraculo contra eam declamatio:

Ὦ βασιλευ μεγαλαυχες, λατινιδος ἐκγονε
Ῥωμης,
Ὀυκε-

f) torque in introductione allatus.

Ὀυκετι σοι της σης μεγαλαυχενιης κλεος
ἐσαι
Ὀυδ' ὀρθωθησῃ ποτε δυσμορος, ἀλλα κλι-
θησῃ.
Και γαρ ἀετοφορων λεγεωνων δοξα πεσει-
ται,
Πῳ τοτε σοι το κρατος; ποια χῃ συμμα-
χος ἐσαι,
Δηλωθεισα τεαις ματαιοφροσυνῃσιν ἀθεσ-
μως;
Πασης γαρ γαιης ϑνητων τοτε συγχυσις
ἐσαι.

26) Alterum oraculum primis mox versibus in Ro-mam invehitur. Non cogitas, inquit; quod nuda et indigna in lucem veneris, et in eundem locum nuda sis reversura, poenasque datura, quod injuste giganteisque artibus orbem rexeris. Describit auctor verbose et rhetorice magis quam poëtice noctem omnia occupaturam, cunctaque nunc strepentia gaudia finituram. Pulcre addit: Estote videlicet concinne ornatæ, ut diem acerbum obeatis. Tibi, Roma, non Syrus, aut Græcus, aut barbarus amplius serviet. Exscindêre, exactiones tuæ in proprium caput revertentur; mundique triumphus, uti orbi dedecus, eris. Veniet ab Ebræis (Messias) oriundus, qui martem

tibi

tibi marte rependet, ſicque Romæ reginæ veteris imperium abolebit. Id vero antequam fiet, anno, qui Romæ nomine indicatur, 948 U. C. graſſator ille (Nero) ab Aſia perfoſſo Isthmo redibit novas turbas moturus. Sic nempe canis leonem cum paſtorum damno edidit. Jam calamitas faſtigium aſſequetur ſuum. Rhodos, Ægyptus, Delos, Samos, Perſia cæt. ejus onus ſentient. Immanis ille tyrannus ſenatum coget deliberaturum, quo pacto homines ſæviſſime vexare queat. Totius omnino naturæ, phyſicæ pariter, ac moralis æſtus erit & perturbatio, ut jure iuvorum erumpas: "Utinam vivam, non ſub ſpurca tyranhide, ſed ſum cum ὀρανιη χαρις, cum dux ille univerſi (Meſſias) rupto velut abyſſo intra auguſtam ſuam arcem mortales concludat!" tum ſcilicet mortuorum reſurrectio locum habebit; ætas vere aurea prodibit, et Γαια ἰση παντων, ὀ τειχεσιν, ὀ περιφραγμοις, Ὀυδε μεριζομενη καρπους τοτε πλειονας ὀισει.

27) *In Logologiæ*, quæ Libri octavi partem ſecundam efficit, limine *Acroſtichis* g) ponitur, verſibus 34 exprimens literis ſingularum linearum initia-

g) Ad manum habui: Diſſertatiunculam de Erythrææ Sibyllæ Acroſtichide auct. *J. Frid. Koeber.* Geræ 1680. 4to, ſed quæ nil valde frugiferum de ea re continet.

tialibus hæc verba: ἰησους χρειστος θεου υιος σωτηρ σταυρος, et horum rurſus initialibus junctis, Chriſtianorum ſymbolum ἰχθυς. Sibylliſta aliquis qui in iſto artificio vehementer ſibi placebat, et in ultimo verſu ipſe de eo commonebat addendo: Σωτηρ ἀθανατος βασιλευς, ὁ παθων ἑνεχ' ἡμων, iſtis lineolis ſummam exſpectationum ſuarum callide incluſit, nempe: "Sudabit terra, cum ſignum præſto futuri adeſt, cum Rex orbem judicaturus coelitus venerit. Idola abjicient homines ipſasque ſuas divitias. Terram, coelum, mare, atque adeo orcum ignis exuret. Pii reſuscitabuntur; impiorum vero poena usque durabit; ad rationes factorum reddendas quisque vocabitur. Fiet jam naturæ converſio. Sol, ſidera, luna obſcurabuntur; montes deprimentur, valles æquabuntur. Tuba coelitus clanget, terræ velut miſeriam deplorans. Reges ad tribunal dei procedent. Ignis ſulphurisque torrens de coelo demitterur. Signabuntur tum homines nota prænobili, crucis ſigno, quod, licet gentilibus offendiculum, piis robur ſuppeditabit, eosque non minus quam XII fontium aqua recreabit. Addit Acroſtichidis auctor, Meſſiæ typum jam Moſen expreſſiſſe, cum στισει Amalechitam vincens ſancta brachia extenderet.

Com-

Commentans in hoc acroama alius Sibylliſta, adnotat Chriſtum Logum eſſe, quem Deus hominem primum formans, in conſilium aſſumſiſſet, quippe:

Εἶπεν ὁ παντοκράτωρ ποιήσωμεν τέκνον ἄμφω
Εἰκόνος ἐξ ἰδίης, ἀπομαξάμενον βροτὰ φῦλα.
Νῦν μὲν ἐγὼ χερσίν, σὺ δ' ἔπειτα λόγῳ θεραπεύσεις
Μορφὴν ἡμετέρην, ἵνα κοινὸν ἀνάσσαμεν δῶμεν.

Numinis effati memor in judicium veniet, uti ejus typum in ſanctæ matris, unde editus eſt, uterum tulit (Ἀντίτυπον μίμημα φέρων εἰς παρθένον ἁγνήν). Ejus vi ventos ſternet, mare calcabit; eidemque obſequens ſe male tractandum dabit, (Αὐτὸς γὰρ κοσμῳ παραδώσει παρθένον ἁγνήν). Omnibus vero his finitis manus moriens expander, totumque orbem metabitur.

Credidere multi, acroſtichidem Conſtantini M. tempore, qui primus illam memorat, non antiquiorem eſſe Ævi adeo ſeri vix eſſe poteſt, imprimis ſi ea ad ἰχθυος ſymbolum inter Chriſtianos inducendum vel ſtabiliendum valuit; nam id jam in monumentis ſeculi 3tii occurrit. Verum to-

tus

tus tenor, a simplicitate seculi p. Chr. primi et secundi multum deflectens, credere suader, quod seculo 3tio debeatur. Sicque ejus commentator, qui ingenio et dictione (exemplo sunt: παρθενος ἀγνη, Christus παντα μετρησας, καλος λιθος) vati L. I. 382-491. valde similis, sed magis calamistratus, est, eoque usus videtur, in fine seculi 3tii ponendus erit.

28) Uti ultimus, de quo disseruimus, vates eo ipso alius ab Acrostichidis auctore jam censendus erat, quod Jesu manuum pansionem, quam ille terigerat, repetebat h), sic oraculum per vv. 296-376 i) decurrens, non potest continuum priori, et eadem serie pronuntiatum haberi, quia hic quoque auctor illi repræsentationi indulget. Testatur quidem et tota tractandi ratio, et παρθενου ἀγνης hic quoque commemoratio, magnam ingenii similitudinem; verum eo se a priori diversum præbet, quod Logon bis θεον diserte vocat, addens tamen in oraculi fine: Μουνος γαρ θεος ἐστι, και οὐκ ἐστιν θεος ἀλλος.

Incipit oraculum a Logo; transit dein ad describenda orbis, Logon spernentis, punitionem, et

h) vix enim aliquis vel in se ipse commentatur, vel se in tam brevi pericopa ita repetit.

i) p. 387, med. ad p. 392 l. 8 a fine.

et exit in jactabundam Sibyllæ, quod iſta tám certo prædixiſſet, gloriationem. "Logus, licet creationis univerſi olim particeps, et miraculorum patrator, licet θεος, a manibus impiis male habebitur. Verum aulæi fiſſio et ingruentes per tres horas tenebræ, nec templum nec cultum obſcurum amplius valiturum, docebunt. Ad Orcum ibit, bona omnibus nuntians; reſurget, immortalitatis ſpem illis præmonſtrans, qui ἀναγεννηθεντες ἀναθεν fuerint. Suis ſe patefacier vulnerum veſtigia totidem, quot ſunt mundi plagæ, oſtendens. En typum, quod totidem orbis regna infandum facinus patrarint. Tu vero caſta, multasque ærumnas perpeſſa Sion, ſalve, tuum Deum, Dei filium agnoſce, et ab eo disce numen immortale non verbis, nec ſacrificiis, ſed puro pectore placare. Noſce ipſum, tum Deum videris. Atque ſummas turbationes ſentiet tota rerum univerſitas. Miſcebuntur omnia. Elementa in chaos abibunt. Homines fame, ſiti, peſte, cædibus vexati mori cupient ſed fruſtra: qvippe ſeptem αἰωνας Deus ad reſipiſcendum dederat Ανδρασι πλαζομενοις θια χειρων παρθενου ἁγνης. Hæc ut ego Sibylla tam exacte ſcirem atque omniſcia divinarem, fecit Deus omniſcius, quem quia omnia creavit, nil poteſt latere."

29) Con-

29. Concinnum eſt poëmation quod vv. 337-427 continetur k). Logi cogitatione plenus auctor, dolet homines ejus miniſterio ad imaginem Dei ad-ſequendam creatos ad idololatriam deflexiſſe; huic oppoſitæ pietatis picturam ſiſtit, judiciique extremi deſcriptionem ſubjungit. "Imaginis divinæ involucrum, (ait) a phyſica materia depromtum admitor. Mortales numinis naturæ immemores victimarum adipem offerunt, libamina fundunt; verum illud neutro opus habet. Manes colunt, coluńt ſaxa, et creatorem deſerunt. Hic tamen, quæ via ad vitam quæ ad mortem ducat, eos ſatis commonuerat. Divina imago homo eſt, ſi rectam rationem (λογον) ſervat, ea vero eſt animi ad Deum evectio, rectorum ſtudiorum tenacitas atque pietas l). Piis nil a judicio timendum; tanto magis horrendum hoc eſt vitioſis et oppreſſoribus; nam omnia in pulverem velut comminuta in unam molem

k) p. 392 a verſu: Εικονα δεσπιζω θειαν, ληφθεισαν ἀφ' ὑλης (in quo nil mutandum cenſeo) ad p. 396, l. 7 a ſine.

l) operæ eſt pretium hæcce deſcribere:

Εκ μοχθων ἰδιων πορισαι ἀγναις παλαμηισι,
Θλιβομενῳ κτησαι και τῳ καμνοντι παρασχα.
Και ζωσαν θυσιαν καυτην τῳ ζωντι ποριζε.
Στειρον επ' ευσεβιη, ἱνα σοι κυριος ταδε δωσῃ.
Καρπους ἀθανατους. . .

molem abibunt; tempus cesſabit; nec oriens erit, nec occidens, ποιησει γαρ (Deus) μακρον ἡμαρ."

30. Ultimum acroama m) Chriſtum ſiſtit primum ut Logon, divinorum conſiliorum ab æterno participem, numinisque in creando ſocium, dein ut hominem a Maria conceptum atque miniſtrantibus angelis, plaudente coelo, et paſtoribus jubilantibus in lucem editum. Prior pars ſolennitatem majeſtatemque habet, quæ perſvadere alicui poſſet, hymni partem hic legi; Logon quidem non diſerte θεον appellat, ſed ei omnipotentiam tribuere videtur n). Eum Deus ſic alloquens fingitur v. 442.

Ποιησωμεν ἰδιον πανομοιϊον ἀνερα μορφη
Ἡμετερη, και δωμεν εχειν ζωαρκεα πνοιην.
Ὡ θνητῳ περ εοντι τα κοσμικα παντα λατρευσει,
Και χοϊκῳ πλαθεντι τα παντ' ὑποταξομεν αυτῳ.

Poſterior in ratione, qua Maria Gabrielis alloquium accipiebat, pudore intimoque gaudio mixta, atque in lætitia deſcribenda, qua orbis divinum foe-

m) p. 396, l. 6 a fine — ad p. 400 fin.

n) v. 429-32, p. 396.

Ἀγεννητος, ἀχραντος, ἀενναος, ἀϊδιοστε,
Ὀυρανιες, ἰσχυι μετρων πυροεσσαν ἀϋτμην,
Και παταγου σκηπτρον κατεχει συν ἀπηνεϊ πυρσῳ,
Πρηϋνει τε βακρυκτυπεων δουπηματα βροντων. κ. τ. λ.

foetum complectebatur, singularem in faceta expositione dexteritatem probavit.

III.

Jam scopulos suos prætervecta disquisitio in vado minus lubrico dein versabitur. Omnibus in Sectione IIda disputatis evictum est, hoc opus non spectandum esse ut continuum ab uno auctore profectum poëma, sed ut compagem plurium oraculorum et acroamatum a diversis hominibus concinnatorum eo fine, ut mutuæ Christianorum οἰκοδομὴ singula inservirent. Potissimum eorum argumentum efficiebant mutuæ spes, metus et exspectationes de nova quadam quæ imminere credebatur rerum conversione, sed interveniebant quoque symbolæ ex alio genere ex. c. hymni, gnomæ, pietatis et impietatis descriptiones, cæt. quæ a Sibyllistis cum coetu Christiano communicatæ istis præsagitionum collectionibus identidem inserebantur. Quinque priores libri maxime continebant talia oracula, quæ Sec. 2do debebantur; 3 contra ultimi plura habent, quæ ad medium atque adeo exiens seculum tertium rectius referuntur. Tentavimus in singulis libris singulorum oraculorum vel acroamatum limites constituere; sicque internis criteriis ducti sumus ad multa cum de cujusque Sibyllistæ

et pericopæ ingenio, tum de mutuo particularum nexu, usu et relatione constituenda, quæ crisin horum librorum aliquanto alia, quam qua huc usque tractata fuit, ratione repræsentant.

Si id propositum haberemus, ut novam præpararemus Sibyllinorum editionem, observationes allatæ longius et in singula eundo forent persequendæ; nec dubium, quin ita criseos superioris face multæ, quæ in solitis editionibus plurima loca premunt, difficultates evanescerent. Argumenta, quæ exhibuimus, et loca, quæ adscripsimus, cum Opsopæo vel Gallæo comparando patebit, nos, diligenti ad oraculorum indolem attentione adjutos, multa et in textu et in nexu tacite emendasse, vel aliter quam illi fecerint, explicuisse. Verum cum hoc loco id unice agamus, ut ea in medium proferantur, quæ ad libros Sibyllistarum et universe, et præcipue ut monumenta Christiana, recte considerandos atque æstimandos faciant, adgredimur id quod tertio loco promisimus, eorum nempe fontes, qua fieri potest, investigare.

Id, quod Sibyllistas ab ecclesiasticorum, initio et medio Seculi 2di post Chr. n., scriptorum vulgo secernit, est ingenium atque dictio, lectione Græcorum optimi temporis formata atque nutrita. Primum ergo hic disquirendum venit, quosnam Græcos auctores ita imbiberint, ut eos hi libri præcipue spi-

rent

rent atque oleant. Ut Chriſtianos, eosdem in Bibliis cum Veteris tum Novi Teſtamenti, quatenus hujus collectiones tum divulgatæ erant, bene verſatos fuisſe, ultro credimus. Qualis hæc cognitio fuerit, diſcutere alterum erit. Verum cum et inter Judæo-Chriſtianos et Ethnico-Chriſtianos varia circumferrentur apocrypha, quæ forte Sibylliſtæ (nam eos ex utroque genere deprehendimus), in uſum converterint, tertia ſe offert disquiſitio, quorumnam Apocryphorum veſtigia in Sibyllinis reperiantur. Fert rei natura ut in hiſce libris, quippe et poëticis et Sibyllyllæ ore fundendis, nullæ esſe poſſint citationes; hinc non mirum multa ex iis, quæ in ſequentibus diſputabuntur, conjecturis niti; ſed ſtudebimus eas in tali luce ponere talibusque argumentis munire, ut pleræque non modo veroſimiles, verum etiam proxime a certo abeſſe dici queant.

Nil magis obvium eſt Sibyllinorum lectoribus hac obſervatione, quod eorum verſus totusque dictionis tenor prorſus ſunt *Homerici* o). In eo concor-

dat

o) Hæc ſcribenti mihi in manus venit Diſſ. gradualis indicans Veſtigia poëſeos Homericæ et Heſiodeæ in Oraculis Sibyllinis, quam præſide *M. Joh. Flodero* defendit Ericus Venerborn, V. Gothus. Upſaliæ 1770. in 4to, quæ, quod in hanc rem ex Sibyllinis excerpſeram, auxit et confirmavit. Hujus viri doctiſſimi diligentiam me hic in uſum meum convertere debere credidi.

dat vel maxima auctorum dissimilitudo, quod omnes vatis Mœonii lectione non imbuti solum, sed plane formati cernuntur. Quod profecto non mirum in Asiaticis et Alexandrinis hominibus; nec magis mirum, id æque de Judæo-Christianis ac de aliis valere, cum constet imprimis de Judæis Alexandrinis, quod quotquot eorum istis temporibus liberaliter instituti videri vellent, fontium profanorum haustus nequaquam reformidaverint, cumque Homerus Græcarum literarum fundamentum esset, eum imprimis in succum sangvinemque converterint. Sæpe Sibyllistis excidunt hemistichia et tantum non integri versus, ex Iliade et Odyssea desumti; innumera epitheta inde derivantur, et plures imagines indidem desumtæ ad historiam biblicam vel res præsentes feliciter plerumque adplicantur. Noacho arcam ingressuro perficit Deus, quæ antea ὑπεξη και κατενευσε; diluvium cum ingruebat, θεϱ ἐτελσιετο βουλη. Sibyllista ad ominosum Jesu nomen animum advertere jubens, dicit: συ δ' ἐνι ϕρεσι σησι νοησον; et Hellenas admonens: μαθε τουτο και ἐν ϕρεσι κατθεό σησι. Quæ p) singula ex Homericis parce detorta quisque facile intelliget. Verbis, quibus bella, pugnæ, di-

gla-

p) Libr. I, 293. I, 307. I, 421. III, 500. conf. Il. 4, 267. I, 5. 20, 310. I, 297.

gladiationes et cædes adeo ſæpe q) exprimuntur, verſus Odyſſeæ XI, 611: Τσμιναιτε, μαχαιτε, φονοιτ' ἀνδροκτασιαιτε vel ſimiles, aperte præiverunt; nec dubium eſt, quin Sibyllæ gloriatio, qua ſe et futura et præterita divinaturam prædicat, petita ſit ex Homericis de Calchante, Ὅς τ' ἠδη τατ' ἐοντα, τα τ' ἐσσομενα, προ τ' ἐοντα r). Epitheta, quibus mors dicitur μοιρα θανατυ, mortuos γαια ἀμφικαλυπτει, manes exanimi εἰδωλα καμοντων, et defuncti δεδμημενοι ὑπνω vocantur s), in Homero cuncta occurrunt t). Quid vero? ecquis vatis Mœonii lector non meminerit μεροπας ἀνθρωπυς, φωτας ἀρηϊφιλυς, γυναικας βαθυζωνυς, ſenes πολιοκροταφυς, et νηπια τεκνα, πιονα μηλα, ταυρους ζατρεφεας et βους ἐιλιπυκους, ὀρανον ἀστεροεντα, πυρ μαλερον, ἁλα διαν, χθονα πουλυβοτειραν, οἰδμα ποντου et ταρταρον ἠεροεντα? Quærere aliquis poſſet, nonne auctores in dictionum Homericarum uſu interdum nimii fuerint. Quod numen ſupremum αἰθερι ναιων, βαρυκτυπος, ὑψιμεδων, ὑψικεραυνος, ὑψιβρεμετης et τερπικεραυνος appellatur, neminem facile offender; verum quando Noachus loquitur de Sardonio æqualium riſu et de σεισιχθονι ἐινοσιγαιῳ, vel quando idem

q) L. I, 198. I, 206.
r) Sibyll. III, 159. II. I, 70.
s) Li I, 131-132. I, 173. VIII, 48. I, 162.
t) il. 24, 458. Od. II, 475. Il. 10, 2.

idem ex aqua caput attollens ἐκ Νηρέος emerſiſſe dicitur, iſte vates ſuo Homero nimis indulſiſſe, credo, judicabitur. Quam commode Eva Adami κεφαλὴ ἀλοχος (ut Clytemnæſtra Agamemnonis) nuncupetur, non interpretor. Libro IV, 72-78, Sibylliſta Xerxem ὑγρὰ κελευθα βυθου πεζευειν recte facit; verum vates Libri IIItii, v. 83-84, vix adeo bene Eurotæ ὑγρὰ κελευθα a Dodona venientia in mare fluere dicit. Utrumque Homeri ὑγρὰ κελευθα Od. 3, 71. et alibi, cogitaſſe manifeſtum eſt. Libro II, 197. Sibylliſta, qui infernos cruciatus expingens dicit damnatos objectum iri reterrimis monſtris ἐν δυσκτος ἀμολγῳ, ſi Homerico ſenſu illa formula uſus eſt, rem inſigniendam haud apte expreſſit; nam Il. 11, 173. Od. 4, 841. cæt. a veteribus explicatur de diluculo matutino, cum luce dubia ſurgebatur ad boves mulgendas u). Videndum tamen, ne Sibylliſtam eo nomine nimis culpemus, nam teſte Heſychio Euripides noctem tenebricoſam ita appellaverat. Quod ſi ita eſt, Euripideæ lectionis veſtigium, haud ſane inviti, nec ultra quam credere par erat, in noſtris deprehendimus.

Nec

u) vid *G. H. C. Kbes* Probe eines Griechiſch-Deutſchen Wörterbuch über den Homer und die Homeriden. Copenhagen 1806. 8vo. ad v. ἀμολγος.

Nec minor Sibyllistarum cum *Hesiodi* poëmatibus familiaritas animadvertitur. Hauserunt imprimis ex duobus operibus Theogonia et Ἔργοις καὶ ἡμέραις nunc vocabula totosque versus, nunc integros mythos. Lib. III. v. 3. cum Belial inhibiturus dicitur Ἠέλιον πυροεντα μεγαν λαμπροντε σελήνην, illud comma Theogoniæ v. 18: Ἠῶτ', Ἠελιον τε μεγαν, λαμπροντε Σελήνην, evidenter spectat. Sic et v. Sibyll. I, 210: Καὶ παλιν ἀλλο γενος πολυ χειροτερον μετοπισθεν, plane Hesiodeus est et reperitur Ἐργ. v. 127. Hesiodi ὀρος ἡλιβατον, χρονος περιτελλομενος, ζειδωρος αρουρα, et opus ἐυ καὶ ἐπισταμενως susceptum, in nostris poëtis passim recurrit. Verum juvat præcipue observare, quomodo expositionem mythorum Hesiodeorum Sibyllistæ in usum converterint. In Theogonia vv. 901-903 v):

Δευτερον ἠγαγετο (Ζευς) λιπαρὴν θεμιν,
ἡ τεκεν ὡρας,
Εὐνομιαν τε Δικην τε καὶ Εἰρηνην
τεθαλυιαν,
Αἵτ' ἐργ' ὠρευουσι καταθνητοισι βροτοισι.

expresserat vates Ascræus dulce philosophema cosmogonicum x), egregium prisci orbis inventum.

Cum

v) Sibyll. III, 311-318. p. 247.

x) cfr. Disquisitio nostra de Δικη, vi ratione, qua cultiora

Cum nempe de universa rerum natura meditari coepissent homines, Themida vocabant fixum illum ordinem, quem omnem naturæ institutionem spirare observaverant; quippe velut annum annique tempestates certis vicibus redire et per sua volvi vestigia viderant, ita ad certum et constitutum ejus tenorem admirandum sensim deferebantur. Prosopoeïam dein continuarunt, atque, uti Themida tres peperisse filias fingebant: Eunomiam, Diken et Eirenen; ita omnes has deas postea ad civitatum regimen transtulerunt, et in hoc rite moderando easdem occupatas cogitarunt. Ad harum fictionum dulcedinem attentus Sibyllista, almorum istorum numinum partes esse voluit in regni a Messia instaurandi beatitudine consummanda. Locum supra p. 9-10 jam adduximus. Alius Sibyllista y) alium ex mythologia locum, ab Hesiodo in Theogonia longe traditum z), sic tractavit, ut probabile sit eum senis Ascræi repræsentationes aliorum mythographorum traditionibus temperasse. Summa huc redit: Ex Patris Coeli consilio æquas regni portiones acceperant Kronus, Titan et Japetus. Pax initur ea lege, ut Kronus quidem patri

tior antiquitas eam repræsentaverit. In Prolus. et Opusc. Academic. Vol. II. 1812. 8vo p. 6.

y) Lib. III. vv. 48 sequ.

z) vv. 139-745.

tri in imperio ſuccederet, ſed nullam prolem maſculam educaret, quo certius poſt ejus fata ad Titanis progeniem ſceptra venirent. Adpropinquante partu aderant Titanes, et maſculum foetum, quem Rhea enixa erat, illic diſcerpebant. Clam demum in lucem editum Jovem mater in Phrygiam devehendum curavit, ſimilique fraude Plutonem et Neptunum Titanum ſævitiæ ſubtraxit. Hoc cognito Titanes Kronum et Rheam in carcerem conjecerunt; quamobrem inter Jovem cæterosque Kroni liberos et Titanas bellum exarſit. Maluiſſe Sibylliſtam qui ipſe Aſiata, forte Phryx, eſſet, Jovem in Phrygia, quam ut Heſiodus referebat v.° 477, in Creta, educari, haud miramur; cætera præcipue in minutioribus περιστασεσι discrimina ex pluribus fontibus a noſtro conſultis facile poterunt explicari. Auctorem quoque oraculi quod in Lib. Sib. I, vv. 92-381 legitur, in ea parte quæ de γενεαις agit Heſiodi ἐργα vv. 108-173 non ſolum ob oculos habuiſſe, ſed et in multis expreſſiſſe luculentum eſt. Jubet res ipſa, ut quædam ex hisce adferamus. Apud Heſiodum *ætas aurea* genuit homines ἀφνειους μηλοισι, φιλους μακαρεσσι θεοισι, qui vivebant νοσφιν ἀτερ πονων και ὀϊζυος, qui δειλον γηρας ignorabant, et tandem ὡς ὑπνῳ δεδμημενοι moriebantur. A Sibylliſta ſiſtuntur primæ ætatis homines ἐλβιοι, ους ἐφιλησε Σωτηρ

τῳ ἀθανατος βασιλευς θεος, quibus Deus dederat πολυχρονον ἡμαρ εἰς ζωην πολυηρατον· οὐ γαρ ἀτιαις ταιρομενοι θυητοιον, ἀλλ' ὡς δεδμημενοι ὑπνῳ. Uterque ergo vates illis vitam omni felicitatis genere florentem et exitum somno simillimum tribuit. At primæva illa felicitate multum degenerabat *argentea* ætas; producebat enim homines qui neque ἀπεχειν ὕβριν ἀλληλων poterant, οὐδ' ἀθανατους θεραπευειν ηθελον. Apud Sibyllistam prodeunt homines secundæ ætatis gnavi et industrii, qui varias artes meditando extundebant; sed sic tamen illis erat ἀπληστον δεμας, atque ipsi erant σιβαροι μεγαλοι τε ἐπ' ἐιδει. Magiæ criminationem hic incommode insertam supra monuimus. Seculum *æneum* tulit genus hominum δεινον τε καὶ ὀμβριμον, οἱσιν Αρηος ἐργα ἐμελε; ætas tertia vates Sibyllici huic similis, erat γενος ὀμβριμοθυμον, eique placebant bella, cædes, pugnæ, et, ut Hesiodus loquitur, ἐργα σονοεντα ἀρηος.' Æneam Hesiodi ætatem excepit alia, belli studiis asperrima, quæ in armis periit, partim ad Thebas, partim ad Trojæ moenia: nec alia fata habebant homines *quartæ* ætatis Sibyllinæ, nam et illos πολεμοι τ' ἀνδροκτασιαι τε μαχαιτε εἰς ἐρεβον προϊαψαν. In *ferream* denique ætatem conclusit Jupiter omne nefas; extiterunt enim homines, qui abjecto pudore Deorumque metu in nulla non flagitia proni ruerent.

Quin-

Quintæ quoque ætati asſignavit Sibylliſta deterrimos mortalium, qui, ὑβρισηρες και μιαρως δυσφημια χεοντες, demum effecere, ut graſſantia ſcelera diluvii aquis punirentur.

Quæ de Homeri et Heſiodi in Sibyllinis uſu hactenus diſſeruimus, dubitationem non bene admittunt, cum vatis et Moeonii et Aſcræi poëmata a nobis inſpici poſſint. Non æque certa vel dubio majora ſunt, quæ de Phocylide vel Orphicis diſquirenda nunc habemus. *Gnomica* multa ut in his carminibus exſpectemus, facit ipſa hujus compagis, qualem explicuimus, ratio et origo. Non ſolum ſubjunguntur ipſis libris 93 verſus, qui omnes ſunt gnomici, quosque optimus librorum noſtrorum Codex inter v. 55 & 56 libri IIdi inſeruit, verum et in multis aliis pericopis reperiuntur verſus, gnomas redolentes, quos vel ex Gnomicis poëtis deſumtos conjecramus; vel de quibus adeo magis aut minus certo dicere poſſumus, quorum ſint auctorum. Idem ille Liber IIdus is eſt, in quem plura ex iſto genere fuere illata, ex. gr. vv. 169. 179-82. 188-89. Sed ſimilia in L. III, 173-74 et 532 ſequ. V. 433. VIII, 26, aliisque locis occurrunt. In libro ſecundo verſuum ſeries, a 169 ad 190, gnomas ſpirat partim *Heſiodeas*, partim Phocylideas. In loco L. IIItii, crederes auctorem ſua feciſſe hæc *Theogni-*

dis:

dis: χρημοσυνη ἐικων, ἡ δη κακα πολλα διδασκει ψευδεα τ', ἐξαπατας τ' ὀλομενας τ', ἐριδας. In *Phocylideis* id moleſtiæ eſt, quod ea tot criticis dubitationibus ſunt obnoxia. Plerique non alia vero Phocylidi, qui medio ſeculo ſexto ante Chr. n. florebat, tribuere volunt, quam pauca breviaque fragmenta, quæ Brunckius in Analectis Græcis edidit. Poëma contra νουθετικον, verſibus 217 conſtans, Philoſopho Mileſio adjudicant, partim quia nemo, excepto Nicandri Scholiaſta, aliquid inde laudat, partim quia multa in iſto carmine ex Sacro Codice hauſta videntur. Si iſtius poëmatis editores in eam, quæ Sibyllinis ſubjuncta eſt, collectionem diligentius inquirere dignati fuiſſent, tertium argumentum pro hacce ſententia petere potuiſſent ex quibusdam ibi immixtis, quæ in ſeculum potius 3tium poſt Chr. quam in ævum Theognidëum cadant. Aſt quamvis verum eſt, Chriſtianismum ſapere iſtud poëma, et in ampliori compage, quæ ſub nomine ποιηματος νουθετικου Pſeudophocylidea vulgo appellatur a), et in breviori ſua forma, qua inter Sibyllina cum quibusdam mutationibus comparet; quamvis *U. A. Rohdius* noſter in

a) critice edita in libro *R. F. Ph. Brunckii* Ἠθικη ποιησις, ſive Gnomici poetæ Græci. Argentorati 1784. 8vo p. 112-119.

b) Havniæ 1800. 8vo p. 281 et pp. 300-311.

in opere elegantis et exquisitæ eruditionis, de Veterum poëtarum Sapientia Gnomica b), sagacissime ostendit, haud pauciora quam XLVI ποιηματος νυθετικου loca ad literas interdum cum V. T. et Sirachidæ dictis conformia esse; fateor tamen nondum, vel hic vel in multis aliis ejusmodi rebus, de Christianorum fraude, cujus docti eos adeo sæpe accusant, mihi persvasum esse. Cum inter varias ad mutuam οἰκοδομην symbolas aliquis Christianus διδαχην adferret gnomis constantem, atque his gnomis, maxime Phocylideis ipse passim interspersisset sive suas, sive alias e libris sacris vel aliis moralis argumenti petitas et temporis rationibus magis accommodatas, ecquis talem ideo fraudis jure insimularet? Si ejusmodi gnomæ, egregia morum præcepta continentes, quando colligebantur, Phocylideæ dictæ fuêre, quia Phocylidea Gnomologia ɔ: κεφαλαια c) fundamentum collectionis efficiebant, quid quæso in eo est, quod fraudis suspicionem excitat? Nonne idem Critica Sacra multoties in libris V. T. absque ullo dolo accidisse testatur? Ut ad breviorem Gnomologiam Libro Sib. IIdo intex-

c) dicit *Suidas* in φωκυλιδης: ἐγραψεν ἐπη, και ελεγειας, παραινετεις ητοι γνωμας· ἁς ἐνιοι κεφαλαια ἐπιγραφουσιν· εισι δε εκ των Σιβυλλιακων κεκλεμμενα. Nos diceremus: quæ in Sibyllinis reperiuntur, ex his maxime desumta fuerunt. Si ista ex bono fonte hausta sunt, aliquid valebit Suidæ testimonium.

intextam redeamus, continet ea XXVI versus d) quos in Phocylidëis non invenimus; atque sicut, monente doctissimo Rohdio, in altera illa versuum 217 compage 46 loca erant vel ex Codice V. T. vel ex Sirachida desumta, ita in hocce syntagmata 10 versus notamus, N. Testamenti doctrinam diserte indigitantes. Sunt illi 25-27.

Ὃς δ' ἐλεημοσυνην παρεχει, θεῳ οἰδε δα-
νειζειν.

Ῥυεται ἐκ θανατου ἐλεος, κρισις ὁπποτ'
ἀν ἐλθῃ.

Οὐ θυσιην, ἐλεος δε θελει θεὸς ἀντι θυ-
σιης.

Ἔνδυσον ὃν γυμνον· μεταδος πεινωντι σον
ἀρτον.

et 36-41. Μηποτε ἀνδρα πενητα ἰδων, σκωψῃς ἐπε-
εσσι

Μηδε κακως γε προσειπῃς μωμητον τινα
Φωτα.

Τὸ ζῃν ἐν θανατῳ δοκιμαζεται· εἰτις ἐπραξεν
Ἔννομον ἠ δικαιον, διακρινεται εἰς κρισιν
ἐλθων.

Μηδε φρενας βλαπτειν οἰνῳ· μηδ' ἀμετρα
πινειν.

Αἱμα

d) nempe vv. 4, 15, 17, 18, 21, 25-28, 36-41, 48, 51-52, 54-55, 57-58, 64, 67, 88-89.

Αἱμα δε μὴ φαγεειν, εἰδωλοθυτων δ' ἀπεχεσθαι.

De cæteris obſervo quod παρθενιὴν τηρειν v. 10 uti non in Phocylide, ita nec in Chriſtianis circa medium ſeculi 2di, nedum in tam ſobrio morum doctore e), ſed potius ab hominibus annorum centuria ſerioribus exſpectatur. Verum quæ erga peregrinos vv. 49-51 pulchre commendatur humanitas, Chriſtianis certe digniſſima erat, ſed in ævum Phocylideum, quod in peregrinos livorem aliquem ſemper exhibebat, forte non adeo bene cadere cenſebitur. In verſu 66 legendum ſuſpicor: Μηδ', ὡς πετροφυης πολυπους, κατα χωραν ἀμειβων, Παστ δ' ἁπλοος ἰσθι, τατ' ἐκ ψυχης ἀγορευε, ut ſententia ſit: ubi ſede mutata ad exteros veneris, apertus et ingenuus, nec intra te ipſum incluſus eſto, veluti polypus ſuo ſaxo adfixus.

Sunt in Sibyllinis noſtris quædam loca, iis quæ in *Orphicis* leguntur vel prorſus ſimilia vel quæ eorum ſententiam ita exprimunt, ut ea ob oculos habuiſſe videantur. Nempe Sibyll. I, 10-13.

Τις γαρ σαρξ δυναται τον ἐπουρανιον και ἀληθη
Ὀφ-

e) quod in Hermæ Paſtore virginitatis viduitatisque vivida commendatio reperitur, hic nobis objici vix poterit; quid enim diſſimilius, quam fanaticæ Hermæ viſiones, et ſedata Sibylliſtæ noſtri morum præcepta?

Ὀφθαλμοισιν ἰδειν θεον ἀμβροτον, ὸς πο-
λον ὀιχει
Ἀλλ' οὐδ' ἀιχθινων χατεναντιον ἠελιοιο
Ἀνθρωποι ϛηναι δυνατοι, θνητοι γεγαωτες.

Orphica (ex Clementis Alex. Protreptic.):

- - - - - - - οὐδε τις αὐτον.
Εἰσοραα ψυχων θνητων, νωδ' εἰσοραᾳται

(et ex Ejusd. Stromat. L. V.)

Ου γαρ χεν τις ἰδοι θνητων μεροπων χραι-
νοντα,
Ει μη Μουνογενης τις ἀπορρωξ - - - - -

Sib. I, 53-55. Τοις ἀγαθοις ἀγαθον προφερων πολυ
πλειονα μισθον,
Τοις δε χαχοις, ἀδιχοις τε, χολον χαι θυ-
μον ἐγειρων,
Χαι πολεμον, χαι λοιμον, ἰδ' ἀλγεα δα-
χρυοεντα

Orphica (juxta Eund. Str. L. V.)

Αυτος δ' ἐξ ἀγαθοιο χαχον θνητοισι φυ-
τευει
Χαι πολεμον χρυοεντα χαι ἀλγεα δαχρυο-
εντα.

Sib. III, 562-63. Ἀλλα συ μη πολλην (l. μελλων) βροτε
ποιχιλομητι χαχοφρον
Αλλα λιπων πλουτον, ϛρεψας θεον ἱλα-
σχοιο.

Or-

Orphic. (juxta Clementis Protreptic.)

Ἀλλα συ μη μελλων βροτε ποικιλομητα βραδυνε,
Ἀλλα παλιμπλαγκτος σρεψας θεον ιλασκοιο.

Sib. VIII, 375. Παντα γαρ ἐξ αὐτου, τα ἀπ' ἀρχης εἰς τελος ὁιδε

Orphic. (juxta Euſeb. Præp. Evang.)

Ζευς ἀρχη, ζευς μεσσα, διος δ' ἐκ παντα τετυκται.

A vero Orpheo iſta eſſe profecta nemo noſtro tempore facile ſibi perſvadebit. Nam ſi vel ille reliquiſſet, ut veteres volunt, carmen ἱερον λογον dictum, id certe non puras de uno vero, ſancto et omnipotenti numine ideas, ſed potius myſtica et ænigmatica ad ſacras voces ritusque pertinentia, ex antiquitatis fide complecti debebat. Sed oſtendit paucis abhinc annis cum immenſo eruditionis apparatu L. C. Valckenaerius f), pleraque apud Patres Eccleſiaſticos occurrentia de Deo loca, quæ Homero, Heſiodo, Orpheo, Lino tribuuntur, deſumta eſſe ex Commentariis in Libros Moſaicos, quos Philometoris Regis Ægyptii

f) Diatribe de Ariſtobulo Judæo, philoſopho peripatetico Alexandrino. Lugduni Bat. 1806. 4to. Conf. impr. p. 46 et de locis, de quibus hic ſermo p. 13, 74, 80. Verum ne ille quidem Sibyllina reſpicere dignatus eſt.

rempore conſcripſerat *Ariſtobulus* Judæus, Philoſophus Alexandrinus. Cum ei diſpliceret contemtus, quo eruditi cæteri Alexandrini gentem Judaicam aſpernabantur, opus iſtud concinnavit et Regi, ipſi amico, dedicavit, quo monſtrare conatus eſt, nihil paganos habere, cur ſuis vel philoſophis, Pythagora, Socrate, Platone, vel poëtis Orpheo, Lino, Homero, Heſiodo cæt. tantopere gloriarentur; nam ſiquid haberent præ cæteris eximium, id ipſos derivaſſe de ſacro legislatoris Moſis fonte; ad hujus librorum antiquitatem quod æquiparari poſſet, Græcos nihil in ſua hiſtoria habere; iſta vera volumina jam ante Alexandri Magni rempore Græce verſa fuiſſe. Cum Valckenaerius locum Clementis, ubi μουνογενης, et ἀπορρωξ nuncupantur, uti et Euſebianum de Jove, criſi ſagaciſſimæ ſubjiciendo, Ariſtobuli et in his fraudes vel interpolationes luculente probaverit, otium nobis fecit hiſce immorandi. Notamus modo, ſic effectum eſſe, quod iſti Sibylliſtæ; videlicet Alexandrini, Ariſtobuli opus legerint, atque, ut Patres Eccl. ei fidem habuerint; rogamusque Lectorem, ut attendat, quam bene iſta et hypotheſi noſtræ univerſæ, et oraculorum diſtributioni ſupra propoſitæ conveniant; nam duo priores loci partem efficiebant λογε περι θεε, cui quid commodius quæſo eſſe poterat, quam pulcherrima ex Orphei qui putabatur ιερω λογω

de

de numine effata inferere; locus tertius in oraculo legitur ad Judæorum laudem omnia trahente; quartus denique ad Logologiam pertinet, quorum auctores non vulgaris doctrinæ fuisse multa in istis pericopis indicia evincunt. Cæterum tota ista quæstio de hymnorum ab Alexandrinis confectorum ratione, cui disquisitio de hymnis Sibyllistarum intexta est, novam lucem desiderat, ad quam ei impertiendam h. l. evagari non possumus. Quod hymni Callimachëi notas lecti V. T. sibi impressas habent g); quod in Sibyllinis vocabula Callimachea hic illis indagasse mihi videor, uti quoque pericopæ περι θεϛ et περι λογϛ atque hymni passim obvii, epitheta, velut Callimachei et Orphici, accumulant; quod denique quædam fragmenta Orphica, prognosticorum de intestinis terræ motibus et tremorum telluris mentionem facientia, suspicionem excitant de auctore poëta Alexandrino, qui (sicut Sibyllistæ) vixerit sub imperatoribus Romanis, quum crebri terræ motus multas Asiæ Italiæque urbes prostravissent h); hæc omnia ostendunt, quam arcte nexa sit carminum Sibyllinorum crisis,

g) Cfr. *Küchler* de vestigiis nonnullis V. T. quæ in hymnis Callimachi deprehenduntur. Neostad. ad Orlam 1788. 8vo.

h) Vid. *Car. Gotthold Lenz* de fragmentis Orphicis ad astronomiam et agriculturam spectantibus. Gottingæ 1789. 8vo.

criſis cum literatura hymnorum veterum; et ſi vel iſtæ disquiſitiones non ducerent ad veſtigia reliquiarum antiqui Orphei traditione ſervatarum (quæ ſpes non prorſus præcluſa videtur) detegenda, aliquod tamen momentum etiam hac ex parte Sibyllinis noſtris addunt.

Pertinebat ad naturam repræſentationis, quam Sibylliſtæ ſibi elegerant, ut, cum Sibyllarum perſonam ſumſiſſent, *oracula* vulgo celebria carminibus ſuis inſererent, quando regiones tangerent de quibus talia oracula circumferrentur. Teſtatur Pauſanias i) de terræ motu Rhodum concutiente haberi ejusmodi oraculum; atque ipſa ejus verba credere ſuadent, quod Pauſanias reſpexerit unum ex illis locis, in quibus noſtri Sibylliſtæ infortunia Rhodi commemorant. Similia de Cuma et Dicæarchia innuit Plutarchus k). Si hiſtoria omnia talia ſervaſſet, reperiremus ſine dubio vates noſtros iis perſæpe fuiſſe uſos; uti quoque certus ſum, comparatis diligenter his libris cum Strabone, Pauſania, Stephano Byzantino aliisque, haud parum lucis iſtius temporis annalibus vel hoc ſolo nomine poſſe adfundi. Plura ſunt in noſtris, quæ ſuo

i) Pauſaniæ Corinthiaca ſ. L. II, Cap. VII. ed. Facii. Vol. 3. p. 203. ἐκακωσε δε (σεισμος) και περι Καριαν και Λυκιαν τας πολεις, και Ροδιοις ἐσεισθη μαλιςα ἡ νησος ὡστε και το λογιον τετελεσθαι Σιβυλλῃ το ἐς την Ῥοδον ἐδοξεν.

k) In Libro, cur Pythia non reddat carmine oracula.

ſuo tenore oracula redolent. Sed ne in iis, quæ minus certa videri poſſent, moremur, ea apponere fas eſt, de quibus compertum habemus, quod ex oraculis ſint petita. Eloquium de Samo, Delo et Roma, quod L. III, 30. legitur

Ἔσαι καὶ Σάμος ἄμμος, ἐσεῖται Δῆλος ἀδῆλος,
Καὶ Ῥώμη ῥυμή· τὰ δὲ θεσπάτα πάντα τελεῖται,

tanto minus ambiguum ſe præbet oraculum, cum in duobus aliis hujus voluminis locis repetitum ſit, cum tenui varietate, nempe L. IV, 91. Καὶ Σάμον ἄμμος ἄπασαν ὑπ' ἠϊόνεσσι καλύψει, τὰ Δῆλος δ' οὐκέτι δῆλος, ἀδῆλα δὲ πάντα τὰ Δῆλα, et L. VIII, 165: Ἔσαι καὶ Ῥώμη ῥυμή, καὶ Δῆλος ἀδῆλος, Καὶ Σάμος ἄμμος. juxta luſum, qui in iſto effato pellucet, informatum puto iſtum Sibyllíſtæ: ἔσαι κοσμος ἀκοσμος, VII. 122. aliosque ſimiles. Sic quoque et ad decantatum illud τρια καππα κακιστα, et ad varia reſponſa Neroni a magis data alluſiones paſſim occurrunt. Præterea ut oracula a veteribus laudantur:

Lib.

Lib. VIII, 360. Οἶδα ἐγω ψαμμων ἀριθμους και μετρα θαλασσης,

quem verſum reſponſi Croeſo ab Apolline dati partem fuiſſe, ſcribit Herodotus l).

L. III, 352. Ἰλιον οἰκτειρω σε· κατα Σπαρτην γαρ Ἐριννυς

Βλασησει περικαλλες ἀειφατον ἐρνος ἀρι-

quod in Phocicis m) allegat Pauſanias;

L. III, 674-75. Μη κινει Καμαριναν· ἀκινητος γαρ ἀμεινων.

Παρδαλιν ἐκ κοιτης· μη τοι κακον ἀντιβολησῃ;

primum verſiculum habet Stephanus de Urbibus in Camarina, quam Siciliæ urbem ac paludem vocat. Servius ad Virg. Æneid III, 700-701 rem uberius expoſuit. "Palus ſcil. erat juxta ejuſdem nominis oppidum: de qua quodam tempore, cum ſiccata peſtilentiam creaſſet, conſultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberent, reſpondit: μη κινει &c.; hoc contemto exſiccaverunt paludem, et peſtilentia carentes per eam partem ingreſſis hoſtibus poenas dederunt."

L. IV.

l) L. I. c. 47.

m) ſ. L. X. ed. Facii T. 3. p. 185. *Herophilæ* Sibyllæ, Apollinis Smintheï aedituæ id tribuens.

L. IV, 97-98. Ἔσσεται ἐσσομένοις, ὅτε Πυραμος
ἀργυροδίνης
Ἠίονα προχέων ἱερὴν ἐις νησὸν ἵκηται.
Pyramus et a Strabone n) et a Stephano Byzantino o) nominatur ut fluvius in Cilicia ad Mallum. Strabo quoque vetus id oraculum fuisse disserte refert.

His nostrorum Sibyllistarum fontibus plures forte possent divinando addi. Sic quando L. VIII, 47-48. Romam taxat, quod coleret Δαίμονας ἀψυχους, νεκρων εἰδωλα καμοντων, Ὧν Κρητη καυχημα ταφῳ ἤ δυσμορος ἰσχει Θρησκευουσα θρονοισιν ἀναιδητοις νεκυεσσιν, non inepte aliquis suspicaretur, id eum hausisse ex lectione ἱερας ἀναγραφης Euemeri, qui Cassandri Macedoniæ Regis tempore historiam Deorum ex inscriptionibus, quæ imprimis in templis habebantur, composuerat, eo fine, ut eorum nomina ad veteres imperatores, reges et navarchos referret. Prodidit Varro, quod *Nicanor*, unus ex scriptoribus Alexandri Magni, gesta Regis explicaturus historiæ suæ intexuerit, quæ de eo ceciniſſet Sibylla Persica. Ista Sibylla est, quæ alias Sambetha, a Pausania in Phocicis Sabba, (patre Beroso matre Erymanthe

n) *Strabonis* L. XII. Ed. Casauboni 1587. Fol. p. 563. sed legit Κυπρου.

o) ad h. v.

manthe) dicitur. Cum in Sibyllinis tot legantur de Alexandro M., probabile eſt, unum alterumque ex noſtris vatibus, eo ſcriptore, qui Sibyllæ alicujus de iſto Rege carmina ſervaverat, uſum præcipue fuiſſe. Verum cum ex Evemero nonniſi pauca Enniana habeamus, eumque ne St. Croix quidem, diligentiſſimus et ſolertisſimus hiſtoricorum Alexandri M. æſtimator, Nicanorem niſi nomine tenus noverit, nolumus conjecturis in re prorſus obſcura indulgere.

Fontium ſacrorum in Sibyllinis uſus aliquanto brevius nos detinebit, cum ille prorſus talis ſit, qualem in Chriſtianorum ejusdem ævi ſcriptis viri docti p) deprehenderunt. *Vetus Teſtamentum* quod attinet, magna cum ejus hiſtoria pariter ac ſingulis ejus libris familiaritas ubique in noſtris obſervatur, ſic tamen ut appareat, eam e Græcis verſionibus præcipue Alexandrina, non e textu Hebraico fuiſſe petitam, utque liberiorem, habita plerumque ſenſus potius ratione quam verborum, V. T. allegationem, fere ut in N. T. ſcriptis, ſed hic ut in opere metrico magis adhuc liberam, reperiamus. Lingvæ He-

p) Cfr. *Walchs* kritiſche Unterſuchung vom Gebrauch der heiligen Schrift unter den alten Chriſten in den erſten Jahrhunderten. Leipzig 1779. 8vo. D. *Fr. Münter* Haandbog i den chriſtelige Kirkes Dogmehiſtorie. Khavn 1801. 1 Deel. S. 200-281.

Hebrææ ſatis ignarum ſe dedit ille Sibylliſta, qui Ἀδὴς ex Adam derivare volebat q); ejusdem incurium ſe præbuit alter, qui in tetragrammato Adam r), ἀνατολην, δυσμον, ἀρκτον et μεσημβριαν complectente, argutabatur. Is quoque qui Jovæ nomen myſtice explicat s), græca ſe, non hebraica, cogitaſſe oſtendit; verum traditionum Judaicarum, V. T. hiſtorias nunc additamentis levioribus augentium, nunc ſuo more interpretantium veſtigia paſſim apparent. Sic in longa de Noacho narratione quam L. I. habet, auctor vix omnia ipſe commentus eſt. Si vel orationes mutuo habitas, ſi vel Ararathi in Phrygia ſitum ipſe forte inde orundus ſibi debuit, XLI tamen dies, a Noacho in navi actos, quos pro XL Moſaicæ relationis poſuit, ſine dubio aliunde hauſit. Turris Babylonicæ, Sodomæ, columnæ Iſraëlitis per deſertum iter monſtrantis, bellorum ab hoc populo cum Ægyptiis, Perſis, Aſſyriis geſtorum, Imperii Davidici et Salomonei, feriorumque gentis Judaicæ fatorum, hic illic injecta mentio, auctores in Codice Veteri bene verſatos teſtatur. Verum non invitī concedimus, ex longe majori numero oraculorum eventa nationum paganarum, quam Israëliticæ canentium.

q) L. I. v. 172 p. 164.
r) L. II. 278-80 p. 216.
s) L. I. 232 ſequ. p. 171.

tium, probabiliter concludi posse, plures ex Sibyllistis nostris ad familias ethnico-christianas, quam Judaico-christianas esse referendos; nam libros nostros cum talibus comparando, qui Hebræos habent auctores, apparet, horum animos, longe magis quam Sibyllistarum, in popularium suorum annalibus fuisse defixos.

Ut unum alterumque locum afferamus, qui doceat, V. Tri effata frequenter inniui;

L. I, 148-49. Αὐξεσθε, πληθυνεσθε και ἐργαζεσθ' ἐπι γαιης
Ἐυτεχνεως, ἰν' ἐχητε τροφης κορον ἱδρωοντες,

quisque videt Geneseos III, 19, cum capite IX, 7, ubi Deus Noachum ejusque filios alloquitur, non adeo commode junctum spectare.

L. III, vv. 476-80. Παντα δ' ὁμου πολεμοστε βροτοις και λοιμος ἐτ' ἐσαι,
Χαλκειαντε μεγαν τευξει θεος ὀρανον ὑψου,
Ἀβροχιη τ' ἐσι γαια ὁλη, αὐτη δε σιδηρα.
Αὐταρ ἐπειτα βροτοι δεινως κλαυσουσιν ἀπαντες
Ἀσποριην και ἀνηροσιην, και πυρ ἐπι γαιης;

non

non dubito adumbratos esse ex Deuteron. XXVIII, a versu inde 15 Mosis minas ad populum, ni legi obsequeretur, continente. Versus a Sibyllista allegati, hi sunt: v. 23-25. Και ἐσαι σοι ὁ ουρανος ὁ ὑπερ κεφαλης σου χαλκους, και ἡ γη ἡ ὑποκατω σου σιδηρα. Δωη κυριος ὁ Θεος σου τον ὑετον της γης σου κονιορτον, και χυς ἐκ του ὑρανου καταβησεται, ἑως ἀν ἐκτριψη σε, και ἑως ἀν ἀπολεση σε ἐν ταχει. Δωη σε κυριος ἐπικοπην ἐναντιον των ἐχθρων· ἐν ὁδῳ μια ἐξελευσῃ προς ἀυτους, και ἐν ἑπτα ὁδοις φευξῃ ἀπο προσωπου ἀυτων. Ultimam comminationem vates sic expressit v. 471. Φευξονται δ' ἑκατον, εἰς δ' ἀυτους παντας ὀλεσσει.

Pulcherrima divinæ majestatis descriptio

L. I, 228-30. Εἰμι δ' εγω ὁ ἑων · - - - - -

Ὀυρανον ἐνδεδυμαι, περιβεβλημαι δε θαλασσαν,

Γαια δε μοι σηριγμα ποδων περι σωμα κεχυται,

Ἀηρ δ' ἠδ' ἀστρων με χορος περιδεδρομε παντη.

eadem est, quæ in Psalmo CIV, 2-6, præmissa nominis Jovæ explicatione. Ἀναβαλλομενος (ὁ θεος) φως ὡς ἱματιον, ἐκτεινων τον ὀυρανον ὡσει δερριν. Ὁ στεγαζων ἐν ὑδασι τα ὑπερωα ἀυτου, ὁ τιθεις νεφη τὴν ἐπιβασιν ἀυτου· ὁ περιπατων ἐπι πτερυγων

ξυγων ἀνεμων. Ὁ θεμελιων την γην ἐπι την ἀσφαλειαν ἀυτης, ὰ κλιθησεται εἰς τον αἰωνα του αἰωνος. Ἄβυσσος ὡς ἱματιον το περιβολαιον ἀυτȣ, ἐπι των ὀρεων ςησονται ὑδατα. Ecquis vero non compararet ſeculi aurei feliciratem depictam L. III, 722-32. Ἐυφρανθητι κορη και ἀγαλλεο· σοι γαρ ἐδωκεν

Ἐυφροσυνην αἰωνος, ὸς ὐρανον ἐκτισε και γην·

Ἐν σοι δ' οἰκησει, σοι δ' ἐσσεται ἀθανατον φως·

Συν δε λυκοι τε και ἀρνες ἐν ὀυρεσιν ἀμμις ἐδονται

Χορτον, παρδαλιες τ' ἐριφοις ἀμα βοσκησονται,

Ἀρκτοι συν μοσχοις νομαδες ἀυλισθησονται,

Σαρκοβορος τε λεων ἀχυρον φαγεται ἐπι φατνης

Ὡς βους· και παιδες μαλα νηπιοι ἐν δεσμοισιν

Ἀξουσιν· πηρος γαρ ἐπι χθονι θηρα πτοησει·

Και βρεφεσσι δρακοντες ἀμα σφισι κοιμησονται,

Κ' ὀυκ'

Κ' ουκ αδικησουσιν· χειρ γαρ θεου εσται
επ' αυτους;

cum pictura Eſaiana C. XI, v. 5-9 ſic habente: Και εσται (ο ραβδος εκ της ριζης ιεσσαι) δικαιοσυνη εζωσμενος την οσφυν αυτου, και αληθεια ειλημενος τας πλευρας. Και συμβοσκηθησεται λυκος μετα αρνος, και παρδαλις συναναπαυσεται εριφω, και μοσχαριον και ταυρος και λεων αμα βοσκηθησονται, και παιδιον μικρον αξει αυτους. Και βους και αρκτος αμα βοσκηθησονται, και αμα τα παιδια αυτων εσονται· και λεων ως βους φαγεται αχυρα. Και παιδιον νηπιον επι τρωγλων ασπιδων, και επι κοιτην εκγονων ασπιδων την χειρα επιβαλει.. Και ου μη κακα ποιησουσιν, ουδε μη δυνωνται απολεσαι ουδενα επι το ορος το αγιον μου ότι ενεπληθη η συμπασα (γη) του γνωναι τον κυριον, ως υδωρ πολυ κατακαλυψαι θαλασσας. Exemplorum ejusmodi numerum facile forer cumulare, verum ſatis erit talia appoſuiſſe, quæ ſimul oſtenderint, et qua libertate Sibylliſtæ priſcorum varum effata ſuis oraculis inſeruerint, et quomodo illorum repræſentationes in rem ſuam converterint.

Ut ad *Novum Teſtamentum* veniamus, confirmatum in Sibyllinis reperimus id, quod recentiores

eru-

eruditit), ſolertiore Hiſtoriæ Canonis inveſtigatione ad liquidum perduxerunt: Evangeliorum nempe compagem jam ſeculo 1mo poſt Chr. exeunte, epiſtolarum vero apoſtolicarum collectiones (ἀποστολον et epiſtolas caholicas) uti quoque Apocalypſin et Ep. ad Hebræos ſub medium ſec. 2dum inter Chriſtianos ita vulgatas fuiſſe, ut jam ante ultimam ejusdem ſeculi triadem totum N. T. volumen omnium Chriſtianorum manibus tritum fuerit. Cum oracula Sibyllina inter annos 100-170 poſt Chr. n. ad eam, quam nunc habemus, ſyllogen concreverint, exſpectamus frequentiorem et certum evangeliorum, parciorem vero et minus certum epiſtolarum uſum nos in iis deprehenſuros; id quod attentior eorum lectio quemque docebit.

Dixerat Jeſus, Matth. V, 17. Μη νομιζετε, ὁτι ἠλθον καταλυσαι τον νομον ἠ τους προφητας· ὁυκ ἠλθον καταλυσαι, ἀλλα πληρωσαι. Aperte ad hæc reſpiciunt verba Sib. L. I, 423: Ἀυτος (θεου παις) πληρωσει δε θεου νομον, ὁυ καταλυσει. Quæ Chriſtus Matth. XI, 4-5, legatis a Johanne Baptiſta miſſis de conſilio quo prodiiſſet reſpondebat: Τυφλοι ἀναβλεπουσι, και χωλοι περιπατου-

t) *Corodi* Beleuchtung des Bibelcanons, 2 Th. *Münter* Haandbog i Dogmehiſtorien, 1 D. *Hugs* Einleitung in das N. T. 1 Th.

πατουσι· λεπροι καθαριζονται, και κωφοι ακουουσι· νεκροι εγειρονται, και πτωχοι ευαγγελιζονται, ea ſic expreſſit Sibylliſta:

L. I, 444-46. Βλεψουσιν δε τυφλοι, ατας βαδιουσι τε χωλοι,
Κωφοι δ' εισαϊσουσι, λαλησουσ' ὁ λαλεουντες·
Δαιμονας εξελασει, νεκρων δ' επαναστασις εσαι;

quem locum ex iſto Matthæi ſumtum, et verba verbis exacte reſpondentia, probant et nexus, dum in vate noſtro, uti in Matthæo, præceſſit Johannis mentio; quod tenere tanto magis juvat, cum et in evangeliis eadem effata ex Eſ. 61, 1. petita alia occaſione (Luc. IV, 18) memorentur, et Libri quoque VIIIvi Sibylliſta ſimilia habeat, ſed neſcio qua commixtione, de ſtatu παρουσιαν Meſſiæ ſecuturo. In phænomenis Meſſianam apparitionem comitaturis multa ſunt, nec mirum, ex evangeliis fere verbotenus hauſta, ex. c. L. II, 86-89. Ωμακαρες θεραποντες, οσους ελθων αγρυπνουντας
Ευροι ὁ δεσποζων· τοι δ' εγρηγερθεν απαντες
Παντοτε προσδοκαουντες ακοιμητοις βλεφαροισιν.
Ηξει γαρ' ηωος, ἡ δειλης, ἡ μεσον ἡμαρ,
Ηξει δ' ατρεκεως - - - -

quæ in Marc. XIII, 35. et Luc. XII, 37. ſic leguntur: γρηγορειτε, ουκ οιδατε γαρ, ποτε ὁ Κυριος ἐρχεται, ὀψε ἡ ἀλεκτροφωνιας, ἡ μεσονυκτιου, ἡ πρωϊ. Μακαριοι οἱ δουλοι ἐκεινοι, ους ἐλθων ὁ κυριος ευρησει γρηγορουντας.

Id. 97-99. Ἀι ὁποσαι κεινω ἐνι ἡματι Φορτοφορουσαι
Γαστερι Φωραδωσιν, ὁσαι δε τε νηπια τεκνα
Γαλαδοτουσιν - - - -

101, 107-9. Ἀχλυς γαρ ζοφερη σκεπασει τον ἀπειρονα κοσμον.
- - - - - ἀρανιοι Φωστῆρες
Εις ἐν συρρηξουτι, και εις μορφην πανεσημον·
Ἀστρα γαρ ουρανοθεν τε θαλασσια παντα πεσειται.

apud Matthæum XXIV, 19. et Marcum XIII, 24. ita ſunt expreſſa: Ὀυαι ταις ἐν γαστρι ἐχουσαις και ταις θηλαζουσαις ἐν ἐκειναις ταις ἡμεραις. Μετα την θλιψιν ἐκεινην ὁ ἡλιος σκοτισθησεται, και ἡ σελημη ου δωσει το φεγγος αὐτης. Και οἱ ἀστερες τυ ὐρανυ ἐσονται ἐκπιπτοντες, και αἱ δυναμεις, αἱ ἐν τοις ὐρανοις, σαλευθησονται. Vix opus eſt plures ex evangelicis hiſtoriis pericopas adferre, ut probabile reddatur, eas, quales nunc habeamus, Sibyllaſtis obverſatas fuiſſe. Evangelii Johannei haud adeo clara indicia reperi,

reperi, nisi quod γεννηθεντες ἀνωθεν L. I, 431 ac VIII, 315 nuncupantur, et Lazari ex mortuis excitatio inter miracula a Christo patrata verosimiliter innuitur. Cæterum finis Sibyllistis propositus ex orationibus Christi præcipue eas exponendi quæ cum ἐπιφανειᾳ ejus cohærerent, feciſſe videtur, ut Johanne, in orationibus Christi alia ſpectante, minus uterentur.

Epistolarum Pauli certa indicia in Sibyllinis vix invenientur. Gravis ille locus 2 Thesſ. II, 1-14, his auctoribus absque dubio ignotus fuit; nam si novisſent, profecto sibi non defuisſent in effatis apoſtoli adumbrandis. Verum licet sæpissime Neronem redivivum nuncupent, et se deum venditaturum canant, eum tamen longe aliis coloribus pingunt. Quod L. VIII, 13. Πρωτος ἀναστασεως νεκυων ἀρχην ὑποδειξας Christus vocatur, credi quidem posſet auctor Paullinum ἀπαρχην των κεκοιμημενων (1 Cor. XV, 20), expressisse, uti quoque L. III. 123 et alibi, ἀρσενοκοιτους quos hic Apoſtolus Rom. I, 27 & 1 Cor. VI, 9 exagitat, respexisse; atque ista de Christo dicto: VIII, 413. . . ἀναστησει νεκυας, μοιραν καταλυσας και θανατου κεντρον, non absimilis est Paulinæ 1 Cor. XV, 55. που σου θανατε το κεντρον; verum saris sentio, illa nimis tenuia esse, quam ut aliquid inde tuto concludi

 queat.

queat. In epiſtola ad Ebræos nil eſt, quod cum noſtris commode comparatur, niſi C. I, 3. ubi Chriſtus ἀπαύγασμα της δοξης και χαρακτηρ της ὑποστασεως θεϱ appellatur; cui ſimilia habet partim L. I, v. 421: θεϱ ἀντιτυπον μιμημα φερων, partim tria oracula Libri VIIIvi, Logologiam efficientia.

Epiſtolæ Catholicæ plura ad contendendum ſuppeditant. Non quidem valde urgebo L. I, 61. σητοξεωτα, quæ vox ad Jac. V, 1. lectorem forte ablegabit. Nec ſi modo unus locus ſuppereret, acriter defenderem, L. I, 435-36 u) καλος λιθος· ἐν δ' αρα τουτῳ λαος προσκοψει Ἐβαιων, neceſſario ex 1 Petri II, 6-8 eſſe derivandum, cum vel ex Rom. IX, 33 vel ex V. T. peti poſſet, licet longior Petri explicatio probabilius reddat, ad illam potiſſimum reſpici. Verum firmatur noſtra perſvaſio de primæ Petrinæ in Sibyllinis uſu, partim iſtis ὀλιγαι ψυχαι τουτεσιν ἑκτως in loco de hominibus ex diluvio Noachico ſervatis I, 3, 20, cui numero etiam Sibylliſta L. I. momentum tribuit, partim Sib. VIII, 278-79. Και κολαζομενος σιγησει, μη τις ἐπιγνω, τις, τινος ὠν, ποθεν ἠλθεν ἱνα φθιμενοισι λαλησῃ, quibus auctor non ſolum verba Petri I, 3, 23. λοιδορουμενος ὐκ ἀντελοιδορει, πασχων ὀυκ ἠπειλει, ſed totam quoque ratiocinationem 1 Petr. III, 17-22 in mente

u) verſus L. VIII. 254 λιθον.

mente habuisse videtur. Judæ epistolam et 2dam Petrinam a Sibyllistis consulram fuisse, vix poterit dubitari. Judæ libellum ceu Petrini fontem spectandum *Hug* v) idoneis argumentis probavit. Ut ergo ab eo incipiamus, quod ille v. 6 dicit majos angelos ad judicii diem in inferis vinctos servari, auctori oraculi Libri 2di v. 61-254 longæ atque satis gravis picturæ materiam præbuit; quod vero v. 14 de Enocho memorat, ad apocryphon, de quo mox plura erunt adferenda, nos remittit. Amplior adhuc est usus Epistolæ Petri secundæ in Libris Sibyllinis. Quæ Cap. II, 4 de angelis habet, communia sunt cum Judæ effatis; sed Noachi v. 5 commemoratio Sibyllinorum lectoribus præcipue notari meretur. Petrus eum nominat ὀγδοον, nominat δικαιοσυνης κηρυκα. Oraculi auctor a v. 92-381 Lib Sib. Imi non solum Noachum diserte ὀγδοον et δικαιοτατον quoque versibus continuis nominat: v. 372-73. "Ηι τοτε δητοι Νωε δικαιοτατος ἀνθρωπων Ὀγδοος ἐξηλθεν;" atque Deum ipsum fingit eum ita compellantem (v. 360): Νωε πεφυλαγμενε, πιστε, δικαιε, uti jam antea eum sic affatus legebatur (209-10): λαοισι τε πασι Κηρυξον μετανοιαν; verum etiam ipsam μετανοιας prædicationem longa versuum serie exponit. Posuisse vatem in isto poëmatio quædam

v) Einleitung in das N. T. 2 Th.

dam traditionibus nixa ſupra vidimus; cæterum ſuadent Petri verba, ut ſtatuamus, Noachi prædicationem in aliquo apocrypho expoſitam fuiſſe, quamvis nullum, quantum equidem novi, diſertum ex antiquitate ſupereſt talis κηρυγματος Noachi indicium. Cap. IIItium hujus Epiſtolæ conſiderari poteſt ut filum, quo Sibylliſtæ uſi ſint in ſuis ad ultimas Jeſu orationes commentariis. Verſus 5, 7, 10 et 13 uberiorem in libris noſtram explicationem accepere. Sed id certe hic obſervari debet, quod licet v. 10. ὅτι μια ἡμερα παρα κυριῳ ὡς χιλια ἐτη, και χιλια ἐτη ὡς ἡμερα μια commodiſſimam fictionibus de regno millenario accurate computando occaſionem præberet, Sibylliſtæ tamen ab argumentationibus inde progreſſis, quæ veri chiliasmi cardinem conſtituebant, prorſus abſtinendum prudenter cenſuerunt; contra in illa exſpectationis Petrinæ parte, quæ novum coelum novamque terram, ἐν οἰς δικαιοσυνη κατοικει, ſibi promitteret, perſequenda lætiſſimisque coloribus expingenda lubenter ſibi indulgebant.

Ex omnibus vero N. T. libris nullus eſt, quem magis cum Sibyllinis conferre ipſum argumentum juber, quam Apocalypſis Johannea. Cum iguea ejus auctoris phantaſia religionis Chriſtianæ fata vividiſſimis imaginibus delineaverit, operæ pretium foret videre, quomodo plures ſeculi ſecundi vates, pro-

propheræ primi ſeculi repræſentationibus uſi fuerint ad explicanda ſibi Jeſu effata de regno Meſſiæ mox moxque inaugurando. Sibylliſtas iſtum librum cognoviſſe vix eſt dubium; nam occurrunt apud ipſos et ſingulæ voces formulæque Apocalypſi propriæ, et ideæ, quæ nullibi ita ut in iſto opere expoſitæ fuere, uti quoque multorum oraculorum tenor idem qui in iſto apoſtolico poëmate deprehenditur. Verum ex altera parte ſunt in aliis collectionis noſtræ oraculis tantæ ab Apocalypſi diverſitates, ut non ſolum pateat, ob hanc cauſam ſumendos eſſe diverſos Sibyllinorum carminum auctores, verum ut neceſſe quoque ſit ſtatuere, quosdam horum aucrorum vel Johannëum illud opus non cognoviſſe vel de induſtria inde diſſenſiſſe.

In utroque libro ῥομφαιον de enſe adhibitum crebro legitur. Ἐιμι ἐγω ὁ ἐων, in Apocalypſi eſt ὁ ὠν και ὁ ἡν και ὁ ἐρχομενος. Sanctorum preces utrisque ſunt ſacrificia deo grata. Mannam coeleſtem laudat Apoc. c. II, 17. Sibylliſtæ et eam felicitatis partem faciunt, et Deum μαννοδοτην nominant. Dicit Johannes: ὀυρανος ἀπεχωρισθη, ὡς βιβλιον ἑιλισσομενον; ſimilem dictionem in noſtris III, 24. jam attulimus. Apocalypticum illud c. IX, 6. ἐπιθυμησουσιν ἀποθανειν, και φευξεται ὁ θανατος ἀπ' ἀυτων, ita expreſit Sib. II, 214. Και καλε-

σουσι

σουσι καλον το θανειν, και φευξετ' απ' αυτων. Chriſtiani utrisque ſunt απαρχη τω θεω. Exclamationes de Babele Apoc. XIV, 8. et XVIII, 2. επεσεν, επεσεν βαβυλων ἡ μεγαλη &c. ſic temperavit Sib. V, 72. de Memphi loquens; Ἐξ αἰρων πεπτωκας, εἰς χθονον ουκ αναβησεις. Omnes, quæ in utroque volumine ſimiles ſunt repræſentationes afferre, longum eſt nec neceſſarium. Quæ in Apocalypſi non niſi per transennam pellucent, in Sibyllinis plerumque majorem accepêre claritatem. Ibi (VI, 9) occiſorum propter ſanctam doctrinam animæ ſub altari divino repoſitæ præmium expectantes, hic Sib. II, 16 martyribus brabëum diſerre adſignatur. Ibi Babylon myſtice Romam ſignificat, hic interdum myſticam, interdum veram urbem iſtius nominis inſignit. Indignationem adverſus Romam ambo ſpirant, Apocalypſis rectius ſed propheticâ cum aſperitate, Sibyllina apertius, et majori cum varietate, nunc auſteritatem, nunc ironiam, pro cujusque variis ingenio, induente. In illa opinata Neronis mors modo per nutus indicatur; in his matricida redivivus ab oriente agmina, quæ in nova mala orbem conjiciant, ducens ſæpius ſiſtitur. Apocalypſis cabbaliſticis numeris tegit, quæ aperte proferre parum tutum videretur; Sibylliſtæ artificioſas has computationes quoque adhibent, ſed magis ornatus cauſa et ingenio-

nioſiratem auctorum commendaturas. Loquuntur ambo de elementorum commixtione, bellis, fame; peſte, mortales vexaturis; igneis ſangvineisque torrentibus, Apocalypſis quidem unice poëtice et coloribus ad quos identidem horreſcas, Sibylliſtæ interdum quidem etiam tetris deſcriptionibus, ſed æque ſæpe hiſtoricis delineationibus, et interdum picturis ad animum pariter ac ſenſus jucundisſimis. Conſpirant imprimis utrique in pulcra victricis tandem Chriſtianorum cauſæ repræſentatione, apud Johannem ſub Hieroſolymæ coeleſtis, gravisſime adornata, imagine, apud unum ex Sibyllinis vatibus, ſub figura templi coelum tangentis ommesque mortales auguſto ſancti numinis cultu complectentis; confer Apoc. XXII, 1-5 cum Sibyll. V, 424-436.

Sed nec paucæ ſunt inter Apocalypſin et Sibyllina disſimilitudines, quibus nonnulli ex horum oraculorum auctoribus, ſe repræſentationes quibus Johannes in regno Meſſiano informando præivisſet, haud ſequi oſtenderunt. Non urgebo, quod ſerpens qui protoplaſtos decepit, et quem Apoc. bis, τον ὀφιν τον ἀρχαιον, τον διαβολον (XII, 9 et XX, 2) a Sibylliſta I, 131. non malus dæmon, ſed ſimpliciter ὀφις vocatur, licet hocce ſilentium ſatis diſſertum autumem. Major in eo eſt diverſitas, quod Apocal. IX, 14 malos angelos ad Euphratem ligatos

ſiſtit

sistit, nostri vero in infernis eorum carcerem ponunt, sed Neronem ab Euphrate (de quo opus Johanneum nil habet) venientem facit ad orbem turbandum. In Gog et Magog maximopere divergunt nostri vates ab Apocalyptico; hic enim c. XVIII, 8 fingit Satanam, ultimum periculum lædendæ religionis Christianæ facturum, a remotissimis terræ angulis, a Gogitis et Magogitis agmen cogere ad urbem sanctam evertendam. Duo contra Sibyllistæ, qui istos populos nominant, eos, ut alios, unus ceu Æthiopicam, alter ceu Asiaticam gentem deplorat, communem calamitatem experturos, quod sane neuter fecisset, si apud Johannem eos Satanæ socios invenisset. Videtur Apoc. VI, 3 sequ. duos sumere Messiæ præcessuros, probabiliter Eliam et Enochum x); sed auctor oraculi Sib. II, 61-254 solum Eliam Thesbitam coelitus in curru descendentem (v. 94) fingit ad viam Messiæ sternendam; eundem vero deinceps simul Messiæ in nubibus venientis (v. 148) comitem facit una cum Mose, Abrahamo, Isaaco, Jaco-

x) in explicatione hujus capitis ab *Herdero* et *Eichhornio*, illud de sacerdotibus judaicis Anano et Jona explicantibus discessi, quia minus poëtica mihi videbatur ea interpretatio, quam aliorum virorum doctorum, eos testes a V. T. repetentium. Id tanto magis mihi licere credidi, quo magis istorum duumvivorum ingeniositatem in aliis admiratus sum.

Jacobo, Josva, Daniele aliisque prophetis. Verum si noster legisset splendidam illam et ad animum percellendum idoneam vatis Apocalyptici expositionem, vix dubium est, quin illam ad suam picturam animandam adhibuisset. Martyres cum Messia M annos regnaturos (Apoc. XX, 4-6) nostri prorsus ignorant, quamvis unus alterque, ut oraculi Sib. II, 1-60 auctor, martyribus plurimum tribuit. Omne illud discrimen, quod Anocalypsis statuit atque perspicue exponit inter duos Antichristos, inter ἀναστασιν πρωτην et δευτεραν, θανατου πρωτου et δευτερου, Sibyllistæ, saltem eorum plerique, non adoptaverunt; et cum vates Apostolicus impiorum cruciatus in lacu sulphureo εις αἰωνα των αἰωνων duraturos statuit, Sibyllistarum quidem aliquot sunt, videlicet judaizantes, qui æterna supplicia commemorant, verum plurimi ad mitiora sumenda propendent; atque de auctore pericopæ L. II, 61-254 admodum memorabile censebitur, quod, quamvis impiorum poenas horride describit, diserte tamen dicit v. 237-45. piorum precibus id datum iri, ut impii ad vitam immortalem camposque Elysios transferantur. Putidum est observare, quod ex Regio Cod. Paris. pateat, quantopere hic locus seriorem librarium nimia in damnatos lenitate offenderit; addit enim is in margine VIII jambos Græcos, qui Sibyllistam ve-

hemen-

hementer improbant; "ὁ γαρ ληξει ποτε το πυρ κολαζον τους κατακεκριμενους," et deinceps in Origenem mitioris ſententiæ propugnatorem graviter invehitur. Id omnino discriminis inter Apocalypticam et Sibylliſtarum repræſentationem regni Meſſiani intercêdit, quod illa in judaismi et paganismi interitu exponendo longa, in religionis vero coeleſtis victoria delineanda brevis (ſignificantiſſimæ quidem brevitatis) eſt y); hi autem uberiores quidem ſunt in orbis, et præcipue imperii Romani interitu varie depingendo, ſed ex omnibus VIII libris ne unus quidem legitur, quin oeconomiæ Chriſtianæ, quæ δικαιοσυνης et imprimis placidarum omnium virtutum ſedes futura ſit, deſcriptionibus, ſæpe vividiſſimis, ſæpe penitiorem pietatis Chriſtianæ ſenſum ſpirantibus, inhæreat et interdum plus vice ſimplici explicandis immoretur.

Inter libros *apocryphos* ſive V. ſive N. T. haud multi ſunt, quos a Sibylliſtis conſultos fuiſſe, aut iis repræſentationibus ſuis præiviſſe certo ſtatuere poſſimus, cum non alii in cenſum venire queant, quam ii, quos ſeculo primo poſt Chriſtum natum exeunte jam exſtitiſſe idoneis argumentis evincitur.

Pri-

y) hæc pictura, fortior incertum an dulcior, modo vv. 32 (Cap. XXI-XXII, 1-5) implet.

Primum quod ex hoc genere ſe offert opuſculum, *Liber IVtus Esræ* vulgo dicitur y). Vixit auctor ſub finem ſeculi primi æræ noſtræ, atque a Barnaba et Clemente Romano jam citatur. Verum libellus non extat, niſi in verſione Latina, crudam, fere ut vulgata Bibliorum, dictionem habente, atque Arabica, facta a. 1299. Auctor opuſculi Judæum prorſus ſe præbet, ſed inſerta recentius quædam ſunt ab homine Chriſtiano; et arabica verſio uti non integra, ita ſubinde quædam quæ in Latinis leguntur, ex. gr. ſectionem de ætatum computatione et duo ultima capita, quæ de mundi impr. Romæ vaſtatione agunt, omittit, aliisque rurſus locis quædam addit. Velut tempore medium eſt inter Apocalypſin Johanneam et Sibyllina, ſic quidem, ut illa ſub Nerva probabiliter concepta ſit, iſta ſub Domitiano, et hæc magna ex parte ſub Antoninis concinnata, ita argumento quoque inter utraque medium eſt, nunc uni nunc alteri ſimilius, plerumque tamen ad apocalypſin propius accedens. Diverſitas auctorum in Sibyllinis faciebat, ut nonniſi illis ex horum numero, qui judaismo vehementer favebant, placere poſſet Pſeudoësras, cujus

y) *Joh. Alb. Fabricii* Codicis Pſeudepigraphus Veteris Teſtamenti. Hamb. 1773. ſq 8vo. p. 141 Vol. 2. *Ejusd.* Codex Apocryphus Novi Teſt. Hamburgi 1703. 8vo. p. 936 ſequ. *Corodi* Geſchichte des Chiliasmus, iſter Th. p. 179 ſequ.

jus oculos nimis præſtringebat coeca gentis Israëliticæ ceu omnium optimæ et Deo unice caræ admiratio; et liberaliores Sibylliſtas, quales haud paucos vidimus, offendebat ea ſangvinolenta ſeveritas, qua opinatus ille Esras non phantaſiæ fervore abreptus, ut apocalypſeos auctor, ſed frigida inhumanitate inductus, Meſſiam in omnes alios populos crudelirer conſulentem ſiſtit. En quædam comparationum inter hos libros capita, ex quibus, et quantum cum hocce Esra commune habeant, et quantum ab eo diſſentiant, brevi conſpectu patebit:

a) Ponit Pſeudoësras mundi durationem in duodecim partes diviſam eſſe, ex quibus X cum XImæ dimidia exactæ jam ſint, una autem et dimidia ſuperſint. Sibylliſtarum nonnullos hunc calculum ſecutos, cum quibusdam tamen varietatibus, in Ima Sectione obſervatum eſt.

b) Conſentit utrumque opus in eo, quod Romæ exitium jam jamque imminens repræſentat. Esras ſub Domitiano, duo Sibylliſtæ ſub Vero id eventurum nuntiant. Ille Veſpaſiano admodum infenſus eſt; ex Sibylliſtis quidam eundem imperatorem ſine conviciis nominant; non niſi unus [Titum] impium appellare ſuſtinuit.

c) Meſſiæ præcurſores videtur Esras Eſaiam et Jeremiam facere; fingit idem tres patriarchas et XII

mino-

minores prophetas ei ex remotiſſimis terris X tribus adducere. Sibylliſtæ non niſi unum Eliam Thesbitam inducunt Meſſiæ præhuntium. Judæi quidem populus δωδεκαφυλος identidem nuncupatur; ſed ſimpliciter ad Jovam colendum, absque ullo priſcorum heroum in hac re miniſterio, undequaque concurrere, a judaizantibus nonnullis in hac collectione auctoribus dicuntur.

d) De Meſſia ipſo quædam in hocce Apocrypho aliter quam in oraculis noſtris informantur, *α*) dicitur occultus alicubi latere et ex abyſſo maris proditurus. Sibylliſtæ eum ex nubibus venturum effati ipſius Jeſu memores prædicant. *β*) Esras eum merum facit hominem; ſed in Sibyllinis nunc υος θεϐ, nunc ἀντιτυπον μιμημα θεϐ, nunc θεος, ab aliis aliisque vatibus ſalutatur.

e) Juxta Eſræ repræſentationem Meſſias ipſe collectis in monte Sion Judæis terræ reges debellabit; Ultimus Romanorum imperator pugna in Harmageddon habita victus diſcedet et in lacum igneum conjicietur. Apud Sibylliſtas Nero (cui id negotium nondum in Pſeudoësra demandatur) ab Euphrate cum armata manu redibit. Cum Romani tum aliæ gentes bellis infeſtis ſe ipſæ delebunt, orbeque et hiſce et aliis naturæ quoque in ſe ſævientis malis vaſtato, prodibit de nubibus veniens

Mes-

Mesſias judicium habiturus Moſe, patriarchis et prophetis adſidentibus.

f) Tribuit apocryphon noſtrum Mesſiæ imperio CD annorum durationem; quo temporis ſpatio pios ſe bonis omnibus recreaturos, tum eos in paradiſum transferendos, impios vero in ignem tartareum detrudendos putat. Sibylliſtæ nil de tempore quo Mesſias ſit regnaturus conſtituunt, ſed piis manſuram vitam, improbis novam in tartarum dejectionem deſtinant, unde tamen vel ſeveriores eos tandem liberatum iri exiſtimant.

g) Denique juxta Esram nova Hieroſolyma prodibit, ut urbs æterna, ſupra omne ædificium, quod manus ſtruxit mortalium, longe evecta. Hæc quantumvis pulcra, intra Judæorum tamen felicitatem ſunt circumſcripta. Longe liberalius humaniusque plerique Sibylliſtæ; unus L. V, 504. ſibi promittit, in Ægypto quoque (ergo non ſolum in Sione) templum vero numini exſtructum fore; alius evectiore adhuc phantaſia ædem coelos tangentem, cunctasque gentes complexam, dulci imagine repræſentat:

L. V, 423-36. Και πολιν, ἣν ἐποθησε θεος, ταυτην
ἐποιησε
Φαιδροτεραν ἀςρωντε και ἡλιω, ἠδε σε-
ληνης.
Και

Και κοσμον κατεθηκ' ἁγιοντε ναον ἐποιησεν,
Ἐνσαρκον, καλον, περικαλλεα, ἠδε ἐπλαστε
Πολλοις ἐν σαφιοισι μεγαν και ἀπειρονα πυργον,
Ἀυτων ἀπτομενον νεφεων, και πασιν ὁρατον,
Ὡσε βλεπειν παντας πιστους παντας δικαιους
Δοξαν ἀϊδιε θεε πεποθημενον εἰδος.
Ἀντολιαι δυσιεστε θεου κλεος ἐξυμνησαν.
Ὀυκετι γαρ πελεται δειλοισι βροτοισι τα δεινα,
Ὀυδε γαμοκλοπιαι, και παιδων κυπρις ἀθεσμος,
Ὀυ φονος ὐδε κυδοιμος, ἐρις δ' ἐν πασι δικαια·
Ὑστατος ἐσθ' ἁγιων καιρος, ὁτι ἀυτα περαινει
Θεος ὑψιβρεμετης, κτισης γαιου μεγιστε.

Principem locum hic assignavimus pseudepigrapho Esræ, quia nullus erat liber, quem Sibyllistæ magis in toto idearum tenore, argumento nimirum ipso sic ferente, sequebantur, suo tamen judicio in

 sin-

ſingulis uſi. Alterum locum ſibi vindicat *Liber Enochi*, cujus multa veſtigia in Sibyllinis occurrunt, præcipue apud acroamatis ſecundi (I, 92-381) et quinti (II, 61-254) auctores. Iſtud Apocryphon, quod Apoſtolus Judas v. 14-15 ſuæ Epiſtolæ allegat, quodque deinceps Teſtamentum XII patriarcharum, Juſtinus M. Irenæus multique poſtea patres citant, ex fragmentis a) pridem innotuerat; ſed recentioribus annis eruditorum animos in ſe vehementer convertit, ex quo Silveſtre de Sacy, literarum orientalium noſtro tempore princeps, æthiopicæ hujus Apocryphi verſionis, cujus exemplar celeberrimus Bruce ab Abeſſynia advectum bibliothecæ Regiæ Pariſienſi donaverat, rationes ſolita ſagacitate atque eruditione expoſuit b). Quæ in ætatis ſecundæ deſcriptione leguntur

Sib. I, 184-90. Καὶ τις μὲν γαῖην ἀρότροις ἔξευρε γεωργεῖν,

Ἀλ-

a) diligenter collectis in *J. A. Fabricii* Pſeudepigraphis V. T., p. 160-224.

b) Notice du Livre d' Enoch par *A. J. Silveſtre de Sacy*; inſerta eſt hæc disquiſitio egregiæ ephemeridi: *Magazin Encyclopédique* par *Millin*, et inde germanice verſa in libro: Nachricht das Buch Henoch betreffend von *Rinck* vid. *Gabler* Journal für theol. Litteratur V. Band 5 Stuck p. 467 ſq. Ibi locus Judæ diſerte legitur. Cap. I.

Ἄλλος τεκταινειν, ἀλλῳ δε πλεειν μεμε-
λητο,
Ἄλλῳ δ' ἀστρονομειν, και ὀνειροπο-
λειν τα πετεινα,
Φαρμακιη δ' ἀλλῳ, αὐταρ μαγικη
παλιν ἀλλῳ.
Ἄλλοι δ' ἀλλα ἑκαστα μεμηλοτε τεχνοωντο,
Γρηγοροι ἀλφισηες, ἐπωνυμιην μετε-
χοντες

Ταυτην, ὁττι φρεσσιν ἀκυμαντον νοον ειχον; licet ex Heſiodo, quod ſuo loco oſtendimus, ex parte adumbrata, plenam tamen lucem per librum Enochi demum nanciſcuntur. Qui hic γρηγοροι vocantur, in libro apocrypho *Egregori* c) nuncupantur, nimirum Dei filii, qui amore filiarum hominum capiebantur, quique ex illis gigantes procreabant; quod vero de artibus *magicis* Sibylliſta habet, ex Capite Apocryphi VII et VIII deſumtum eſt, ubi claris verbis refertur, quod iſti Egregori filias hominum docuerint pharmaca et incantationes, radices quoque et arbores ſuccidere; nominantur adeo ſinguli, qui ſingulis artibus mortales inſtituerint, Azazyel v. c. gladiorum, cultrorum, loricarum, ſpeculorum, fu-

c) juxta Teſtam. XII patriarch. in Ruben. c. 5, juxta Syncellum in Chronographia p. 24. vid. *Fabric.* l. c. p. 166 et 186. *Sacy* ſur le livre Enoch p. 12.

ci et gemmarum apparatu, Armaros arte incantationes ſolvendi, Barkayal aſtrorum obſervatione, Kobabyel characterum magicorum uſu, et Tamiel aſtronomia. L. II. verſus 120-125, ubi boni angeli, qui hominum animas ad tribunal dei ſiſtent, nomine omnes inſigniuntur, convenienter C. VI et IXmo libri Enochi erunt emendandi, ideoque crederem mutationem verſus 122, quam propoſuit in Bibl. Gr. Fabricius: Ηραακιηλ, ραμιηλ, ϑριηλ, σαριηλ, αζαηλτε, non prorſus probandam, cum Ramuel et Aſaël Cap. VI Enochi inter malos genios, quorum princeps eſt Samyaza, referantur. Quæ in C. Xmo apocryphi habentur: "Dixit Dominus Raphaëli: liga Azazyelis manus, et pedes, et *projice eum in tenebras*, aperique *deſertum* quod eſt in *Dondaël*, et illuc eum protrude; et injice in eum lapides torros atque acutos, obtege eum tenebris, et ibi manſurus eſt in ſeculum, obtegeque faciem ejus, ut non videat lucem, et in *die magno judicii mittetur in ignem*", et dein: "Michaëli dixit Dominus: liga Samyazam aliosque qui cum eo ſunt in 70 *generationes* ſub collibus terræ, donec conſummetur *judicium*, quod eſt in ſecula ſeculorum. Et in diebus illis *deducent eos in infima loca ignis*, in cruciatus et in carcerem, et illico *comburentur et peribunt*;" et denique: "Perire fac omnem e terra oppreſſionem, et *appareat planta juſti-*

tiæ

tiæ et rectitudinis. Et tunc ſancti omnes confrebuntur, et *erunt viventes, usque dum generaverint mille* (filios), et omnes dies adoleſcentiæ eorum et ſabbata eorum conſummabuntur in pace; his omnibus cum delectu uſi cernuntur Sibylliſtæ: poenas uti impiorum hominum, ita et Titanum Gigantumque graviſſimas ſtatuunt, ſed ita ut ſpem earum finiendatum præbeant. Iſtum judicii extremi fructum, ut ſic probitatis pietatisque novum ſemen oriatur, lubentiſſime amplectuntur, ſed de ablegatione malorum geniorum in deſertum nil norunt, nec magis memorant vel 70 generationes, quibus illi ſub terra verſabuntur, vel iſtam περισασιν, quod pii victuri ſunt, usque dum mille generaverint. Sollerter videntur omnia vitaſſe, quæ chiliasmi ſuſpicionem excitarent, vel tum, ubi ipſorum fontes eum luculentiſſime exhiberent.

Ex Apocryphis N. T. quæ ad finem primi vel ad initium ſecundi poſt Chr. ſeculi referri poterunt, non niſi ſingula loca a Sibylliſtis in uſum converſa proferre poſſumus.

In antiquiſſimis jure ponitur, quod vetus eccleſia cum veneratione ſemper nominat, *Evangelium Hebræorum* d). Plerique idem eſſe putant, ac Evan-

lium

d) Conf. *J. A. Fabricii* Cod. Apocr. N. T. p. 339, 346, 351.

lium Apoſtolorum, Nazaræorum, Ebionitarum, quidam ipſum eſſe crediderunt, quo Juſtinus M., nomine ἀπομνημονευματα των ἀποστολων uſus eſt. Miſſa longiori, quam hic locus nec capit nec requirit de iſta re inveſtigatione, ſatis habebimus eos Sibylliſtarum verſus allegare, in quibus eorum unus et alter priscum illud monumentum innuere videntur.

L. VII, 70 (de Logo) Τρεις δ' αὐτῳ πυργους μεγας
ουρανος ἐσηριξε,
Ἐν τῳ (ταις) δὴ ναιυσι θεα νυν μητε-
ρες ἀλλαι,
Ἐλπις τ', ἐυσεβιη τε ποθεινα, σεβασμο-
συνη τε.

Teſte Origene et Hieronymo legebatur in iſto Evangelio hocce effatum: ἐλαβε με ἡ μητηρ μου το ἁγιον πνευμα e), και ἀνηνεγκε με εις το ὀρος το μεγα το Θαβωρ. Hiſtoria Dogmatum ſatis

331, 355. et *Weberi*, *Corodii*, *Hugii* et *Münteri* noſtri varias de Canone N. T. disquiſitiones, atque *Mynſteri* doctam et elegantem Diatriben de Evangelio, quo uſus Juſtinus M. in Libro: Sællands Stifts Landemodes videnſkabelige Forhandlinger. Vol. I.

e). *Origenis* Hom. XV in Jeremiam T. I. ed. Huet. p. 148. In *Ejd.* Tomo 2 in Joh. p. 58 additur ad ἐλαβε με: "ἐν μιᾳ των τριχων μου." Prius habet quoque *Hieron.* Lib. XI Comment. in Eſaiæ XLII. vid *Fabric.* p. 361-64.

tis conſſet, fuiſſe tribus primis rei Chriſtianæ ſeculis, qui πνευμα vocarent σοφιαν, patet quomodo Sibylliſta iſto Jeſu eloquio inductus in carmine aliquo ea fundere potuerit. Exemplar iſtius Libelli, quod uſurpabant Ebionitæ, de Jeſu baptismo ſequentia tradit f): "ὡς ἀνηλθε ἀπο τϐ ὑδατος, ἠνοιγησαν οἱ ὐρανοι, και εἰδε (Johannes) το πνευμα τϐ θεϐ το ἁγιον ἐν εἰδει περιστερας κατελθουσης και εἰσελθουσης εἰς αὐτον· και φωνη ἐγένετο ἐκ του ὐρανϐ λεγουσα: συ μου εἰ ὁ ὑος ὁ ἀγαπητος, ἐν σοι εὐδοκησα· και παλιν, ἐγω σημερον γεγεννηκα σε· και ἐυθυς περιελαμψε τον τοπον φως μεγα, ὁ εἰδων, φησιν, ὁ Ἰωαννης λεγει αὐτῳ συ τις εἰ κυριε, tumque eadem quæ antea vox coelitus repetita" Juſtinus M. ſimile eventum ſic refert: κατελθοντος τϐ Ἰησϐ ἐπι το ὕδωρ, και πυρ ἀνεφθη εν τῳ Ἰορδανη. Hæc uti cum dictione N. T. ἐν πνευματι και πυρι βαπτισθηναι, comparari poſſe videntur, ſic quoque inde explicarem Lib. VII, 83: σον βαπτισμα, δι' ὀυ πυρος ἐξεφαανθης, ut adeo nullum baptismi per ignem in veteri eccleſia adhibiti argumentum inde peti poſſet.

Evangelium Ægyptiorum, quod Clemens Romanus et Clemens Alexandrinus interdum citant, myſticum

f) Fabricius ibid. p. 346-47.

ſticum ingenium teſtari videtur. Eſt in Sibyllinis unus locus, cujus vates illud reſpexiſſe putatur. Lib. II, 69-71. Ὑστατιης γενεης φωτες κακοεργεες ἀινοι!
Νηπιοι, οὐδε νοουντες, ὁ νικα φυλα γυναικων,
Μη τικτωσιν· ἰφυ το θεος μεροπων ἀνθρωπων.

Legebatur in iſto Evangelio hæc narratio: Επερωτηθεις αυτος ο κυριος υπο τινος, ποτε ηξει αυτου η βασιλεια; ειπεν· οταν το της αισχυνης ενδυμα πατησητε, και ὁταν εσαι τα δυο ἐν, και τα εξω ως τα εσω, και το αρσεν μετα της θηλειας ουτε αρσεν ουτε θηλυ. Demto involucro redit, ni fallor, ad ſimplicius Jeſu effatum: in reſurrectione nec uxores ducent homines neque nubent; at veroſimile eſt, jam tum fuiſſe, qui inde aliquam Jeſu prohibitionem mutui ſexuum uſus inferre voluerint.

Cum Libro Enochi arctiſſime junctum eſt, ſi argumentum ſpectas, *Evangelium Nicodemi*, opus ſuperſtitioſis traditionibus ſcatens, ſed in antiquitate Chriſtiana ſatis æſtimatum atque jam a Juſtino M. lectum g). Aliquid veri jubeſſe huic apocrypho, quod Actorum Pilati partem conſtituit, *Henkius* h) pro-

g) *Fabricii* Cod. Apocr. N. T. p. 212-297.
h) Opuſculis Academicis. p. 205.

probatum dedit. Sed plurimum ornamenti, cum per uberem apparatum criticum, tum per ſolertem de ejus pretio exegetico disquiſitionem, accepit in *A. Birchii* noſtri Auctario Codicis Apocryphi N. T. Fabriciani i). Uti hujus Evangelii auctor Librum Enochi legit (quod concludo et ex longa de angelis diſputatione, et ex Enocho diſerte nominato, et ex libri fine, ubi ἑι LXX pariter ac anni 5500 commemorantur), ita quidam ex Sibylliſtis Pſeudo-Nicodemum æque ac Pſeudo-Enochum noviſſe videntur. Quæ in hoc evangelio occurrit k) ſigni crucis admiratio, in Sibyllinis pellucet, verum minus frequens minusque ſuperſtitioſa. Calculum, qui XII geneas, vel binis ſimul ſumtis VI generationes ponat, ex quibus XI et dimidia, vel V et ultra dimidiam, jam effluxerint, plures Sibylliſtas adopraſſe, in Sectione prima oſtendimus. In Nicodemi Apocrypho Elias cum Enocho præcurſores ſunt Meſſiæ. Apud Si-

byl.

i) Havniæ 1804. 8vo. Accepimus quoque *Münterum* noſtrum diatriben de Evangel. Nicodemi confeciſſe, actis literariis Synodi Roeskildenſis inſerendam; quæ ut cito prodeat, et evangelii hujus et Sacræ Exegeſeos cauſa vehementer opto.

k) ter occurrit, vid. *Birch* p. 124, ubi Charinus et Lenthius lingvam ſuam ſignant, antequam de inferno narrare incipiant; p. 138 ubi Jeſus crucis ſignum ſuper Adamo facit; et p. 144 ubi eâ velut teſſerâ datur ad Paradiſum aditus.

bylliſtas ſolus Elias; ſed utrobique Thesbitæ cognomen ei diligenter attribuitur. Singulare eſt, quod in Pſeudo-Nicodemo dicuntur iſti duumviri, cum mortem non antea guſtaſſent, Hieroſolymis, dum Meſſiæ cauſa pugnarent, occidendi; quæ aſſertio valde probabilem facit hypotheſin, quæ duos teſtes in Apocalypſi Johannea XI, 3-4. Enochum et Eliam eſſe ſtatuit. Vates Sibyllini ab iſta ſententia attingendâ prorſus abſtinuerunt. Protulit Birchius noſter in Introductione ad Auctarium Apocryphorum ingenioſam ſententiam, quod 1 Petr. III, 8-19. atque Judæ v. 9 explicari commode poſſint ex ea repræſentatione de regno inferorum quam Cap. XX-XXIV hujus apocryphi exhibent; dividi nempe iſtud regnum in duas provincias, imperio duorum principum του Σατανα et του Αδου ſubjectum; in ditione του Αδου patriarchas, propheras, ut et probos ac juſtos homines verſari, reliquis mortuis dominio του Σατανα ſubjectis; locum impiis aſſignatum ταρταρον dici, in quo ceu φυλακη, eorum animas teneri; his ergo Meſſiam κηρυξαι, i: reſipiſcentiam prædicare, cum contra νεκροις, in Αδη ſervatis ευηγγελιαθη. Tentavi, quomodo iſta hypotheſis ad Sibyllina applicata ſuccederet, et in duobus locis eam confirmatam reperi; nempe

Sib.

Sib. I, 467-69. Και τοτε δη ναος Σολομωνιος ανθρω-
ποισιν
Σημα μεγ' εκτελεσει, οποταν αϊδωνιος
οικον
Βησεται αγγελεων επαναστασιν τεθνει-
ωσιν

Sib. VIII, 310. Ηξει δ' εις αϊδην αγγελλων ελ-
πιδα πασιν;

verum nec in his, nec in tertio Sibyll. loco II, 136-39 ubi Uriel unus ex bonorum angelorum principibus inferna perrumpit Titanas educturus, mentio fit nisi αγγελιας; alteram partem s. κηρυκειαν Sibyllistæ non commemorarunt.

Non poeniret hos apocryphos fontes, licet turbulentos consuluisse, nam ab eorum lectione, qui tamen nostrorum ætatem non longe præcedebant, ad Sibyllina revertentes non possumus non horum vatum liberalius formata ingenia feliciusque judicium laudare, qui suorum temporum ideis sic ex. c. usi sint, ut quantum a Pseudoësræ crudelitate, tantum a Pseudo Enochi et Pseudo-Nicodemi ambitiosa jactantia et anilibus superstitionibus plerumque immunes se servarent.

Omnibus vero, quæ hactenus disputavimus, rite perpensis, speramus oraculis Sibyllinis, quatenus monumenta Christiana sunt, tantum lucis

nos

Digitized by Google

nos adſperſiſſe, ut et hanc carminum compagem, commentatorum defectu huc usque confuſam et labyrintho quam juſto ædificio ſimiliorem, ad eum ordinem nexumque, quo ſolo conſiderari debeat, revocaverimus, et examinatis eorum fontibus, quodnam pretium ut ingenii literariique foetus habeant, conſtituerimus; confidimus ſimul, nos, nexum eorum cum orbis Chriſtiani iſto ævo, repræſentationibus identidem explicando, locum illis inter libros Chriſtianos, eundemque ſatis honorificum, vindicaſſe.

VA 1
151 1586

Digitized by Google

XX10X
13
40

Digitized by Google


BIBL
VI